


DE ILLVSTRIBVS ECCLESIAE SCRIPTORIBVS,

Authores præcipui veteres:

I. *D. Hieronymus Stridonensis presb.*
II. *Gennadius Massiliensis presbyter.*
III. *Isidorus Hispalensis Episcopus.*
IIII. *Honorius Augustodunensis presbyter.*
V. *Sigebertus Gemblacensis monachus.*
VI. *Henricus de Gandauo, Archidiaconus Tornacensis:*

Partim antea excusi, partim nunc demum in lucem editi, omnes autem in congruum ordinem redacti, & perpetua Chronologia illustrati, & veterum codicum, tum excusorum, tum manuscriptorum collatione ab infinitis mendis repurgati, & annotationibus haudquaquã pœnitendis commendati:

OPERA
Suffridi Petri Leouardiensis
Frisij, V. I. L.

COLONIAE
Apud Maternum Cholinum.
CIƆ. IƆ. LXXX.
Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis.

REVEREN-
DO ET VENERABILI
IN CHRISTO PATRI, AC

Domino, Dom. Godefrido VVerdenensi, ad S. Panthaleonem in hac alma vrbe Abbati Dignissimo, Domino ac Patrono suo plurimùm colendo,

S. P. D.

CVM ADVERSVS FRAGI-gilitatem humanæ memoriæ nullũ sit repertum præsentius remediũ Reuerende Pater Abbas, quã scribendi vsus, quo verba, quæ apud Poëtam ob caducam ipsorum celeritatem alata dicuntur, velut accisis pẽnis ad maturam studiosorum contemplationem cicurantur, tum sanè nullum Scriptorum genus est, cui plus gratiæ, plus venerationis debeatur, quàm ei, cui id curæ fuit, vt perpetuos quosdam Catalogos authorum texeret, ex quibus posteritati cõstare posset, quis, qua de re, quid, quo quo tempore conscripsisset. Primum enim id

extra controuersiam est, multos insignes Scriptores cum summo Reipub. detrimento fuisse interituros, qui tineis ac blattis pabulo futuri erant, nisi isti nomēclatores indicib⁹ suis ad inuestiganda eorum opera studiosos excitassent. Deinde cùm diuersis temporibus, diuersis nationibus, populis, sectis, personis diuersa studia fuerint; vtique nos in summa horum omnium ignorātia versaremur, nisi ex ipsorum Catalogis certiores fieremus: Ex quo consequitur, hoc Scriptorum genus non modo plurimis authoribus æternitatem; sed & artium candidatis inter ipsos authores delectum præstare, vt sui studij quisque ducem pro arbitrio deligat, quem sibi putat esse commodissimum: Qua quidem in re, quātum vtilitatis, quantum delectationis ad omnes ac singulos publicè priuatimque perueniat, non est opus in præsentia multis explicare, cùm hic locus à viris aliquot eruditissimis iam olim copiosè atq; ornatè tractatus sit: Nulla certè voluptas præsentior capi potest, quàm velut in clarissimo quodā specu-

ſpeculo vno intuitu videre in tãta hominum multitudine ac varietate, qui conatus omnium ac ſingulorum toto æuo vbique terrarum hactenus fuerĩt. Nullus percipi certior poteſt fructus, quàm velut ex ditiſſimo quodam copiæ cornu plena manu depromere, quod præſenti neceſſitati tuæ maximè ex vſu fore putes: Hoc igitur conſiderantes Græci veteres, qui cęteris natiobus humaniorum literarũ cultu præluxerunt, diligentiſſimè huiuſmodi catalogos ad vſum poſteritatis conſcripſerunt. Quorum quidem exemplum poſtea & Eccleſiaſtici aliquot Doctores ęmulati, eorum ſcriptorum indices peculiares contexuerunt, quos Chriſtianos fuiſſe, & Religionẽ Chriſtianam ſcriptis ſuis propagaſſe certũ erat. Quod quidem eorum conſilium in principio naſcentis eccleſiæ perquã ſalutare fuit, cum ethnicorum arrogãtiam efficaciſſimè retunderet, qui doctrinam Eccleſiæ eo nomine maximè contemnebant, quod non à Philoſophis & eruditis, vt ipſi dicebant, ſed ab idiotis & indoctis tradi videretur: Hoc

consilio se de scriptoribus Ecclesiasticis opus suum contexuisse, D. Hieronymus ipse profitetur. Nec dubium est, quin & reliquorum idem fuerit consilium, quorum fuit idem propositum. Quanquam progressu ætatis, qui præcedentiũ exempla imitati sunt, eos non tam ijsdem vestigijs, quàm eadem via secuti sint. Nam cum longè lateque iam propagata Christi Religione, cõtentio ista cum Ethnicis nulla esset, etiam eos retulerunt in album suum, si quidem Christiani essent, quorum scriptis externa saltem politia cõformaretur. Cum nec citra horũ quidem operam Ecclesiæ tranquillitas rectè conseruari queat: Ad extremum verò extiterunt, qui planè vniuersales indices conscripserunt, à quibus neminem prorsus excluserunt, cuiuscũque tandem Religionis, aut Superstitionis aut sectæ esset, quod non minus malos, vt euitentur, quàm bonos, vt expetantur, indicari oportere crederent. Primus igitur omnium inter Christianos insignis ille doctor Ecclesiæ D. Hieronymus Stridonensis de Illustri-

lustribus Ecclesiæ Scriptoribus eruditissimum conscripsit opus, quo scriptores eos omnes, comprehendit, quos post Christi passionem, annunciato Gentibus Euangelio, ad suam vsque ætatem, hoc est ad annũ Domini 410. de Ecclesiastica doctrina scriptis suis aliquid tradidisse compererat. Quod quidem opus Græcis adeò placuit, vt eorum rogatu Sophronius Hieronymi familiaris illud in Græcum sermonem ex Latino mox transtulerit: Hieronymum excepit Gennadius Presbyter Massiliensis, qui eos porro scriptores Ecclesiæ prosecutus est, qui ad ætatem suam, hoc est, ad annum 490. floruerunt, admixtis interim nonnullis ætatis superioris Scriptoribus, quos D. Hieronymus non animaduerterat. Gennadium prosequitur Isidorus Hispalẽsis Episcopus, qui cum & ipse paulo altius eos etiã recenseat, qui à superiobus intacti fuerant, ad annum Domini 590. vsque, quo ipse in viuis erat, seriem continuo filo deduxit. Post hos interuallo satis longo subsecutus est Honorius Augustodunẽsis Presbyter,
 qui

qui Henrico Imperatore Quinto circa annum Christi scilicet 1120. floruit: Is in epitomen, pręcedentium trium authorum opera contraxit, paucis quibusdam aliunde adiectis Scriptoribus, qui intermedio tempore floruerant. Eadē fere ætate cum Honorio floruit vir vndequaq; doctissimus, nec minus diligēs, Sigebert⁹ monach⁹ Gemblacēsis ordinis Benedictini: qui continuata serie Gennadium prosecutus (nam nec Isidorum nec Honorium cognouisse videtur) non omissis interim ijs, quos à præcedentibus intactos compererat, ad memoriam suā .i. ad annū vsq; 1110. omnes complexus est, quos ad Ecclesię illustrationem aliquid scripsisse cognouerat. Sigeberto demum successit Henricus de Gandauo, dignitate Archidiaconus Tornacensis, professione Theologus, vir pietate & eruditione incomparabilis, qui ad annū vsq; Domini 1280. Scriptorum Ecclesiasticorum seriem porrò deduxit: Ex his omnibus, sicut etiam ex alijs, si quos præterea vidit, perpetuum Catalogum contexuit, & ab Apostolorúm

inde

inde tẽporibus deduxit ad ætatem vsq; suã, Iohannes Tritth. Abbas Spanheimensis, etiã additis, si quos præterea ipse suo marte indagare potuit. Qui quidem quanquam in prologo ipsius operis se in vltimo anno Friderici Tertij Imperatoris, qui in annum Domimini 1493. incidit, finem scribendi fecisse ipse profiteatur : vno tamen anno seriem vlterius prorogauit, neque paucos adiecit superioribus, quos anno 1494. floruisse commemorat, quo & ipsum opus typis est excusum. Hoc opus Tritthemij in Gallijs cum postea recuderetur, appendice auctum fuit, tacito authoris nomine, qui seriẽ continuauit ad annum vsque 1512. Ad extremum secunda Appendice eundem Tritthemium adauxit Balthasar Verlinus Colmariensis, recuso opere typis Quentelianis, Colonię anno 1546. Sed diuersa methodo vsus, Chronologiæ seriem, quæ hactenus continuata fuerat, reliqt, & Scriptores, quos magno suo studio cõgessit, ordine alphabetico recensuit, quem nos proinde in ordinem redigimus, vt infrà dicemus latius

tius. Non ignoramus autem à temporibus inde Apostolorum hactenus fuisse plures, & esse etiã hodie, qui de illustribus Scriptoribus historias condiderunt: Sed quoniam illi extra complexum huius operis sunt, ad præsens hoc institutum nostrum nihil pertinent: Nos enim cum illorum opera, ex quibus Tritthemius opus hoc suum congessit, hac editione ipsi Tritthemio præmittenda censuissemus, de his in præsenti nobis peculiariter dicendum arbitrati sumus: Quocirca ne quis fortè putet, superuacaneam esse hanc operam nostram, quam in edendis his authoribus collocam⁹, quorum scripta compendio nobis ob oculos posuit vnus Tritthemius, paucis consilij nostri rationem reddere operæpretium videtur: Primum enim cùm hoc scriptorum genus etiam per se ac separatim expetendum sit, multo gratius idẽ fore credidimus, vbi coniunctim legi poterit, interposito iudicio, quid à diuersis authoribus in consimili argumento præstitum sit: Deinde cùm nõnulla inter hæc sint, quæ typis excusa nun-

nunquam extiterunt, videmur editionem nouam auctario recenti studiosis non inepte commendare. Præterea cum nemo sanus riuulos quantumuis limpidos ac dulces tantopere probet, quin ex ipsis fontibus haurire malit, quo sitim sedet, putamus neminem fore, qui nos istos authores, ex quibus Tritthemius sua comportauit, temerè vna cum ipso Tritthemio edere dicturus sit, modo consideret, quã multa apud illos reliqua sint, quorum Trithemius mentionem nullam fecit, qui nihil fere ab illis mutuatus est, præter Catalogum librorum : Vitas authorum, in quibus non contemnẽda portio est historiæ, vt plurimum intactas prætermittit. Adhęc cum in hoc genere historiæ præcipuum habeat momẽtum certitudo temporis, quo scriptorum ætates discernantur, nihil commodius fieri potuit, ad perpetuã Chronologię seriem exactè cognoscẽdam, quàm si omnes vno eodemque volumine compræhensi, singuli tamen ordine suo dispositi edantur, quotquot in eandem historiæ classem vicissim

ſucceſſerunt. Ad extremum, cum librariorum incuria multa tum in Tritthemio, tum in cæteris illis authorib' deprauata ſint, quorum facta emēdatio certius depræhendi non poteſt, quàm ex mutua authorum in locis affectis collatione, nos hac ipſa de cauſſa eos coniungendos eſſe exiſtimauimus, vt emendationum noſtrarum, quas in his præſidio manuſcriptorum exemplarium præſtitimus, ratio commodius percipi queat. Cum igitur his de cauſis hanc editionem Reipub. literariæ vtilem futuram iudicaſſem, dedi operam, quantum in me fuit, non ſolum, vt quàm emēdatiſſima, ſed etiam vt quàm pleniſſima in lucem perueniret: Primum itaque ſex authores, Hieronymū ſcilicet, Gennadium, Iſidorū, Honorium, Sigebertum, & Hēricum, eo ordine, quo eos ſcripſiſſe ſupra declarauimus, Tritthemio præmiſimus. Eo quidem pacto, vt in Hieronymo nihil ediderimus, niſi quod ipſius eſt: Nam ea, quæ Sophronius Græca ſua verſione Hieronymi Catalogo addidit, & Eraſmus Roterodamus in Latinum

num transtulit, nos consulto non admisimus, cum ad Scriptores Ecclesiasticos nihil pertineant, & nec in manuscriptis codicibus Hieronymianis, neq; etiam in separatis huius operis editionibus vsquam reperiantur, & ex editione Erasmiana depromi à quouis possint. Porro autem cõtinuam etiam toto opere Chronologiam ad marginem adiecimus, qua omnium ac singulorum scriptorum ætates liquido cognosci queant: Præterea cum in tota Chronologiæ serie multa perturbata, in authorum nominib⁹ multa peruersa, in omni historia multa deprauata fuerunt, equidem hæc omnia ac singula quoad potui, in integrum restitui, adiectis præsenti loco emendationũ mearum rationib9. Quorum quidẽ omnium iudiciũ, quo certius iniri facta collatione posset, eademque pluribus locis inculcare necesse non esset, sub notis Chronologiæ ad marginem adiunctis, in superioribus istis authoribus, præterquam in Honorio, nomen Tritth. cuique scriptori subiecimus, si quidem apud illum extet, in Trit-

Tritthemio viciſſim ijſdem notis caput ſubiecimus, quo apud quenquam ſuperiorum authorum de ſcriptore pręſenti tractatur: In Honorio aũt, qui nõ ſua, ſed aliena ꝑfert, in altero margine Chronologiam, in altero numeros capitum expreſſimus, quibus apud ſuperiores iſtos præſens quiſque Scriptor explicatur. Ideoq; ſi cui apud hunc numerus huiuſmodi appoſitus non reperiatur, intelligi volumus, eũ Scriptorem etiam apud ſuperiores iſtos authores non extare; vſi porrò ſumus ad ætatem Scriptorum liquidandam ac reſtituẽdam, vbi perturbatam depræhendimus, non ſolum publicis Chronologis, & hiſtoricis exactis, ſed & aliorum, & noſtra quoque obſeruatione, diuturna ac diligenti: In cæteris vſi ſumus tum excuſorum veterum, tum etiã manuſcriptorum exẽplarium collatione, præterquã in Sigeberto, & Henrico, qui an hactenus vnquàm excuſi fuerint, prorſus ignoramus: Nobis certè non niſi manuſcripta horum opera videre contigit. Habuimus autẽ manuſcripta exemplaria ſex, inter quæ

duo

duo erant, in quibus omnes isti authores habebãtur (excepto Honorio) quos Tritthemio præmittendos dicimus. Horum alterum nobis vtendum dedit eruditissimus, idemque pientissimus vir ac Dominus, Fr. Heribertus Vieen, Regularium domus ad S. Martinum Louanij Supprior dignissimus: Alterũ nobis impartiuit eiusdem ordinis Supprior ad S. Mariam Viridis Vallis in Sylua Zonia, vir illo nec eruditione, nec pietate inferior Do. Fr. Iohãnes Faber. Tertiũ nobis pro veteri in nos, pro perpetua in omnes literatos beneuolentia sua suppeditauit, vir nõ minus pius quàm eruditus Dominus Fr. Ludouicus Sonbecus, Supprior cõuentus Gemblacensis: Qui quidem vt in Conuentu suo tum conseruandæ Bibliothecæ, tum erudiendæ iuuentuti, summo cum Reipublicæ fructu per multos annos præfuit, ita ne nunc quidem cessat literas promouere, quacunque occasione potest, etiamsi grauioribus curis & occupationibus profes-fessionis suæ districtus sit. Erant autem in hoc manuscripto codice Gemblacensi,

censi, Hieronymus, Gennadius & Sigebertus, quorum duo, Hieronymus scilicet ac Sigebertus admodum emendatè descripti erant, medius ille Gennadius non item. Quartum codicem; in quo Sigeberti tantum Catologus erat, nobis impartiuit venerabilis in Christo Pater ac Dominus Fr. Leuinus Mulderus, Affliginiensis Conuentus Prior dignissimus, qui, vt ipse literatissimus ac pientissimus est, ita etiam conatus eorum libentissimè promouet, qui literis ac pietati operam nauant. Quintum nobis impartiuit integerrimus vir, & ex sorore mihi nepos charissimus p.m. M. Taco Tiara Leouardiēsis: Ex quo codice & alia quędam haud pœnitenda didicimus, & sexti operis authorem esse accepimus Henricum de Gandauo, cum in reliquis codicib⁹ authoris nomen hic omissum sit. Sextum habuimus ex Bibliotheca venerabilis Monasterij Sigebergensis, in quo erāt satis castigatè descripti Hieronymus, Gennadius & Isidorus: cuius quidem codicis tanta fuit cum Gemblacensi similitudo, vt eadem manu, qua

ille, descriptus videri potuerit: Porrò autem in Hieronymo etiam separatim mihi clarissimus, eruditissimusq; vir Dom. Pater Iohannes Vlmimerius Louaniensis impartiuit textum excusum, quem aliquot manuscriptorum codicum maximè Hildesheimensium collatione notis adiectis emẽdarat vir vndequaque doctissimus; Dominus Martinus Lypsius, Martinianæ domus apud Louanium quondam Prior dignissimus, qui dum in viuis fuit, vt alia multa promouẽdis literis ipse edidit, ita in opera Hieronymi, & aliorum Ecclesiasticorum doctorum eruditè cõmentatus est. Cui & nos proinde sua, bona vbique fide rependimus, vt meritis eius gratia non deesset: Præter hęc autem neque versionem Sophronij, neque annotationes Erasmi ad huius operis emendationem faciendam prętermisimus, vt quantum in nobis esset, integritati suæ ipsum restitueremus. In cæteris porrò operibus hisce, quæ antea excusa fuerunt, præter manuscripta exemplaria illa, de quibus diximus, etiam diuersarum editionũ
 colla-

collatione insuper vsi sumus: Quantum igitur consecuti simus, eorum erit iudicium, quibus conatus nostri desudarũt. nos certè labori nulli pepercimus: Cum autem huiusmodi indices nõ modò ad cognitionem authorũ, sed etiam ad inuestigationẽ librorũ vtentibus inseruire debeãt, quo magis cõmodaremus lectori studioso, nõ grauati sumus, quantum quidem in nobis fuit, in singulis etiam authoribus declarare, vbi nam eorum opera vel typis excusa sint, vel manuscripta adseruẽtur, vt comparari possint: Quo quidem consilio dum omnes Bibliothecas lustro, omnium Bibliothecarum indices excutio, omnium nundinarum Catalogos euoluo, nihilò segnius quàm supradicti illi, studio meò adfuerunt grauissimi Theologi Dni. M. N. Augustinus Hunæus, ac Dominus M. N. Iohannes Molanus, & celeberrimus V. I. consultus, Dominus Doctor Ioannes Vvamesius. Qui omnes ac singuli, vt in sua quisq; ꝓfessiõne vniuersitatem Louanienſem summo cum Ecclesiæ Catholicæ atq; Reipub.

pub.

pub. profectu per multos iam annos indefatigabili industria tum publicè, tum priuatim illustrarunt, ita & hoc institutum nostrum suppellectili necessaria libenter adiuuarunt. Cum autem ijdem scriptores omnes, qui apud priores istos sex authores extant, apud Tritthemium etiam reperiãtur, quod hic diximus de locis adnotandis ; vbi eorum opera sint excusa, id non in singulis vicissim, sed in vno Tritthemio tantummodo seorsum præstitimus, ne iterata sæpius eiusdem rei inculcatio tædium Lectori pareret. In hunc enim finem capita authorum ad margine Tritthemiani operis adnotauimus, vt & huius, & cuiuslibet alterius annotationis nostræ ratio Lectori in promptu esset. At verò ne videamur sine delectu authores omnes æquali bilance ponderare, quo minus studiosi errent, suis locis diligenter indicauimus, quo in numero eorum quisque habendus sit. Vt autem secernat Lector annotationes nostras à contextu authoris, diuerso charactere eas curauimus excudendas, & quod Verlinus

antea fecit, hanc insuper notam † illis præposuimus: Hoc autem opus Trithemianum vnà cum adiunctis à me ita, vti nũc est, iam ante annos aliquot concinnatum fuit, quod & Pontificius ac Regius librorum censor Iohannes Molanus tunc Louanij approbauit, & Catholici Regis per Belgium secretarius Iacobus Blyleuen priuilegio muniuit, & Christophorus Plantinus, Antuerpiæ excudendum recepit. Sed cum Plantino ob insequentem non ita multo pòst Antuerpianę vrbis direptionem propositum suũ exequi difficilè esset, ego & hoc opus, & alia nonnulla ab ipso recepi, editurus alibi, cũ primum occasio magis opportuna se obtulisset. Interea temporis igitur, ex quo Louanio relicto, Coloniam concessi, propter alias occupationes min⁹ mihi licuit huiusmodi opportunitates oblatas arripere. Dixi Reueren. Pater Abbas, cur hos Authores vnà cũ Trithemio edẽdos duxerim, quos & tibi dudũ à me sic exhibitos fuisse, nõ ignoras: dicã nunc cur eos hac vice à Trithemio seiunctos edam: Nam cum Trit-

Trithemij posterior appendix alphabeti tantum serie constet, ratus sum authores ea compræhensos, in iustum temporum ordinem esse redigendos, ne continuus Chronologiæ decursus interrumpatur. Deinde, quia post primam Tritthemiani operis editionem elapsis iam penè centum annis, Ecclesiasticorum Scriptorũ numerus haudquaquam exiguus succreuit, etiã hos, in supplementum operis addendos esse puto, vt perpetua quædam Bibliothecæ ratio constet in Ecclesiasticis ad hanc vsque memoriam nostram. In hoc igitur dum sumus, nihil esse putauimus, cur hos authores, multis præsertim bonis viris flagitãtibus, non separatim edendos curem: primum enim, si singuli seorsum exoptãtur, cur non etiam expetantur coniuncti? Deinde, cum multa in his à nobis diligẽti studio adnotata sint, nõ diutius his fraudandi videbãtur, quorum studijs ea prodesse poterant. Cum itaque huius auctarij ratione edendi Tritthemij non propositum, sed consilium tantummodo mutauerim, quo certiores

ſint de voluntate mea Hiſtoriarum ſtudioſi, in arrabonem huius promiſſi mei non modo hos ipſos ſex authores Tritthemio ſic aptatos, vt ſuprà dixi, nunc ſeparatim edo, ſed etiam cōmunem hanc præfationem nō minus Tritthemio, quàm ipſis deſtinatam, adiungo. Ad hoc igitur inſtitutum meum, quoniam Typographus idoneus operam ſuam offert, & amici editionem flagitant, nihil aliud reſtare mihi putaui iam amplius, quàm vt idoneum Patronum quæram, cuius tutelæ hoc op9 dignè committā: Qua quidem in deliberatione dum verſor, Reuerende Pater Abbas, tu mihi cum primis occurriſti, in cuius patrocinio iuſtis de cauſis acquieſcam. Nam ſanè vt hactenus in omnibus alijs operib9 meis, quæ multa edidi, id ſtudioſè egi, vt eorum nominibus ea inſcriberem, qui de his iudicare ipſi poſſent, ita etiam in hoc mihi faciendum duxi: De tua autem ſingulari eruditione, quo minus dubitem, non tam priuatorum amicorum teſtimonijs, quam publica fama rebus ipſis apud omnes

bonos

bonos constabilita factum est. Vtpotè cum ab ineunte statim ætate, literis te tum humanis, tum diuinis imbuendum dederis, nec in proposito destiteris, antequam ad vtriusque studij fastigium conscendisses. Cuius quidem fructus quo Reipub. Christianæ adferre possis vberiores, vitæ politicæ Ecclesiasticam, communi monasticam prætulisti. Vt coniuncta cũ eruditione pietate securè mçditari possis ea, quæ nõ tuæ modo, sed & omnium etiã salu ti conductura forent vt quàm maximè. Quo consilio & cum ordinem professus es, qui vt antiquitate vetustissimus, origine generosissimus, celebritate nobilissimus est, ita & statutis fulcitur saluberrimis, & exemplis abundat ad propositum accommodatis. Quod quidem quoniam Colonię tibi contigit in conuentu S. Pantaleonis, nequaquam te vel Vniuersitatis tam laudatæ, vel monasterij tam absoluti immemorem videri passus es, sed horum subsidio fretus, ita literis & virtute pectus, ita linguam eloquentia, ita mores comitate excoluisti, vt eius Ec-

clesiæ, quæ hic ad S. Mauricium est, parochiales votis vnanimiter cõiunctis te sibi pastorem eligerent. Quibus tu deinde, tum synceritate doctrinæ, tũ integritate vitæ sic præiuisti, vt & populo sua salus, & tibi officij tui ratio solidissima constiterit. Vnde non minor gratia quàm laus ad Conuentum redundauit. Cuius quidem rei argumentum indubitatũ illud est, quod confratres tui ex vniuerso suorum cœtu, quanuis alioqui viris doctis ac pijs referto, non alium, quàm te delegerunt, quem communi Abbate defuncto sibi præfectum mallent, quem etiã nunc talem hactenus experti sunt, vt libenter fateantur te nulli veterum esse secundum. Quanquam igitur nihil mihi quidem facilius fert, Reuerende Pater Abbas, quam ex præterito præsentique vitæ tuæ curriculo complura hic, vt vera, ita etiam plausibilia in medium proferre: tamẽ, quia nec tua modestia patiatur te laudari coràm, neque mei instituti est, encomium tui hic celebrare, contentus ero his quæ dixi, quæ vt extra inuidiam sunt, propterea

terea quod ſint omnibus notiſſima, niſi ſi,qui planè ſurdi ſunt,ac cæci, ita mihi ſufficiunt ad fiduciam concipiendam,fore,vt hoc opus,de quo iudicare propter eruditionem potes, propter ſingularem erga literas affectum, haud grauatim ſis recepturus in protectionem tuam.Accedit huc nō modo argumentum ipſum,ſed & ipſe author præſentis operis, cum & inſtituto tuo conueniens, & Conuentui tuo honorificum futurum ſit. Nam vt Iohannes Tritthemius author huius operis ordinis Benedictini fuit, vtpote Abbas Monaſterij Spanheimenſis, ita etiam illuſtres Eccleſiæ ſcriptores hic recēſet vniuerſos, quos ipſe propè mille quingētorum annorum ſpatio poſt natum Chriſtū in vſum Eccleſiæ literis aliqd mandaſſe cognouit.Ac de argumento quidem operis, non eſt quod hic rurſus inculcemus ea, quæ & ab alijs aliàs,& à nobis hic ſuprà dicta ſunt, quę nemini vtique non gratiſſima eſſe poſſunt. In Tritthemio verò nobile exemplum nobis eſt propoſitum, eius induſtriæ, quæ Benedictino ordini

multis iam seculis,& ab ipso inde Benedicto hactenus penè peculiaris,certè præcipua fuit in literis cõseruandis & propagandis.Nam vt ipse Benedict⁹. huius ordinis fundator prim⁹, vir prudens fuit,ita in primis id cauit, vt successores sui,scriptorum illustrium monumenta custodirent,quibus Ecclesia carere non posset: Quod & Niceno Concilio suggerente à Constantino Magno decretum fuerat.Sed cũ suborientibus hæreseon factionibus, Episcopi,quorum curæ id præcipuè mandatum fuerat,vel nõ vellent,vel quod est magis credibile,nõ possent hic prę-stare quod debebãt, Monachi successerunt. Qui relictis huiusmodi contentionibus in solitudine sua commodis Ecclesiæ literarum subsidia conseruarunt.Et quoniam Benedictus in Occidentali Ecclesia primus fuit ac præcipuus, qui vitam Monasticam ad certã quandam Regulam conformauit, vt alia multa,ita literarum studium ex eius ordine in ordines aliorum Monachorum porro deriuatum est. In nullo tamen magis viguit, quã in primitiuo suo:id quod non aliunde commo-

dius,quam ex hoc ipſo Tritthemij Catalogo apparet,q illuſtres Eccleſiæ ſcriptores tã frequentes cõtinet inde repetitos.Hinc eſt,quod in omnib.ferè ꝓuincijs Eccleſiæ Occidẽtalis,&frequẽtiſſima videas & antiquiſſ.monaſteria Benedictinorum.Hinc eſt quod in his ipſis etiã hodie depræhendas, vt diſciplinã monaſticã minimè corruptam, ita & in eorum prælatis literarum ſtuum maximè flagrans. Antiquitatem ſanè eorum atque frequentiam ne lõgè abeamus, tum in hac ciuitate, tum etiã in vicinis locis maximam conſpicimus. Pietatis verò & literarum ſtudium vtcunque in his, quæ hic ſunt, publicis huus vrbis exemplis,velut aſſiduis quibuſdam fomitibus augeri, non negemus, in ijs tamen quæ foris ſunt, proprio inſtituto vigere nemo ſanus dubitauerit:Sic enim inter ſuos, vt à maioribus accepit,hoc fouet ampliſſimus vir ac Dominus,Nicolaus à Vreden, Abbas Tuitienſis. Sic inter ſuos itidem vir Ampliſſimus ac Dominus,Rupertus Lundorphius, Abbas Bruuilerenſis. Sic etiam Venerabilis

bilis ac nobilis vir, D. Godefridus ab Eyll, Abbas Sigebergenſis, Dominus in Sigebergen & Strael. Sic denique & alij complures inter ſuos hoc ſtudium veluti patrium diligentiſſimè colunt ac fouent, vt literas promoueant, & cum vera pietate coniungant. Quod quidem cũ tibi inprimis natura inſitum, inſtituto commẽdatum, vſu cõfirmatum ſit, non poſſum non optimè ſperare de tua erga conatus meos beneuolẽtia, in hoc præſertim opere, quod vt ordini Benedictino proprietate ferme peculiare eſt, ita vſum præſtat cunctis mortalibus communem. Auxerunt hanc mihi ſpem complures in hac alma vrbe viri graues, & cùm boni publici ſtudioſiſſimi, tum etiam amplitudinis tuæ obſeruantiſſimi: In quorum numero cum primis fuit S. paginæ Doctor eximius D. Hermannus Phleius Suertẽſis, ad S. Georgium Canonicus, & Regens Burſæ Montis: qui vti Theologicæ facultatis præcipuum ornamẽtum in hac Vniuerſitate ſe præſtat induſtria ſua, ita & in collegio ſuo iuuentuti rectè inſtituendæ

profeſ-

professores literatiss. & integerrimos adhibet ac fouet. In horum numero etiam fuit excellentissimus vtriusq; Iuris Doctor Petrus Steinvuichius, amplissimæ Reipub. Coloniēsis Syndicus consultissimus, & in hac alma Vniuersitate sacrorum Canonum Professor celeberrimus. Nec minus in hoc numero fuit huius Germanus frater, sacræ Theologiæ Licentiatus, Dominus M. Cornelius Steinvvichius, ad Apostolos Canonicus, & in Bursa Laurentiana Philosophiæ Professor itidem celeberrimus: Fuerunt denique in hoc albo complures alij, quos si omnes hic recenseam, vel istorū dictis, vel tuis meritis diffidere videar. Tu igitur Reuerende Pater Abbas, quicquid hoc industriæ est, quod in Tritthemium, & cæteros illi coniunctos authores concinnandos & repurgandos contulimus, quæso benignæ suscipias ac tuearis: ita enim futurum est, vt & sub tui nominis auspicio Tritthemius vnà cum suis in lucem prodeat, & mei conatus ad maiora deinceps tentanda alacriores

res fiant. Deus Optimus Maximus Amplitudinem tuam in maius ac melius augere, ac diu incolumem conseruare dignetur, Bene vale. Coloniæ ex Bursa Coronarum 24. die Maij, anno cIↄ. Iↄ. LXXX.

Tuæ Amplitudini

Famulus deditissimus

Suffridus Petrus Leouardiensis Frisius, V. I. C.

INDEX ILLVSTRIVM SCRIPTORVM QVI HOC OPERE CONTINENTVR, IN QVO NVMERI

iterati mentionem Scriptorum indicant repetitam.

A.

Bernar-

Gemna-

Theodorus

FINIS.

ues 3t 520.

ERRATA IN HOC OPERE, QVAE OBSCVRIORIS MAnuſcripti exemplaris culpa obrepſerunt, ſic corrigito.

In Epiſtola Dedicatoria.

Fol.4. pag.1.lin.25.lege, magno ſane ſtudio.7.1.16. fuerint.9.1.4. Vlimmerius.12.2.19.facilius foret.

In ipſo Opere.

Pag.4.lin.24.floruiſſe.18.3.pro hic,lege,ſic.23.7.περὶ βίου.& 15.πλατωνίζει.34.16.ἀρχαιότητα. 40.fin. Autolycum.41.2. Hermogenis,& 20 pro hic,lege,ſic.59.15 Martinienſis codex.68. 11. Minutius. 70. 14. ἐκκαιδεκαετηρίδα. 80.14.pœnitentes.84.12. Alexandrinæ.86.10. Thebais. 90. 7. Pamphylius. 97. 24. ζητημάτων. 114. 11. περὶ ἱερωσύνης. 120.6 pio ſtudio,& 10.& 11.& 12. præſtantiſſimi viri ac grauiſſimi Theologi Dn. M. N. Ioannis Molani Louanienſis, Pontificij ac Regij librorum cenſoris.128 9. legi oportere.196.8 iudiciorum.205.8. Sardicenſi.206. 13. venturus es.212.15 Homeliarum,& 17.modus fit.240. 13. & Decalogo.& 18. ideis. 142. 14. Smirnenſes. 244. 7. de ſenſibus. 245.8 Gnoſia.247.10.ex quibus.251.17.de fato,& 21. Boſtrenus. 256.1 Arnobius Rhetor,& 7. Grammaticus 269 3.ad Epheſios.270.20. Donatianorum. 283.19 ſecundum carnem.298 1.veteres.301.5.vrbis 313.2.pro cum,lege,enim 337.16 Nouiomēſis.344.20. Martello.360.penult. pro hac, lege hunc 373.7. Lobienſi.377.19. abſcindetur.384.16. metricè.401.17. adornatas.

D. HIERONYMI STRIDONENSIS PRESBYTERI OPVS *de viris Illustribus.*

PROOEMIVM.

HORTARIS DEXTER, vt Tranquillũ sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram, & quod ille in enumerandis gentilium literarum viris fecit Illustribus, id ego in nostris faciam, id est, vt à passione Christi vsque ad decimum quartũ Theodosij Imperatoris annum, oẽs qui de scripturis Sãctis memorię aliquid prodiderunt, tibi breuiter exponam. Fecerunt quidem hoc idem apud Græcos Hermippus peripatheticus, Antigonus, Carystius, Satyrus, doctus vir, & lòngè omnium doctissimus Aristoxenus musicus. Apud

Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, & ad cui⁹ nos exemplum vis prouocare, Trāquillus. Sed nō est mea & illorum similis conditio: illi .n. historias veteres annalesq́; replicātes potuerunt quasi de ingenti prato paruā opusculi sui coronā texere. Ego quid acturus sum, qui nullum præuium sequens, pessimum (vt dicitur) Magistrū memetipsum habeo? Quanquam & Eusebius Pamphili in decem Ecclesiasticæ historię libris, maximo nobis adiumento fuerit, & singulorum, de quibus scripturi sumus volumina, ætates authorum suorum sæpè testentur. Itaq; Dominum Iesum Christum precor, vt quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ stetit, non est facere dedignat⁹ in Bruto, Oratorum Latinæ linguæ texens Catalogum, id ego in Ecclesiæ eius scriptoribus enumerandis dignè cohortatione tua impleā. Si qui autem de his qui vsq; hodiè scripserunt, à me in hoc volumine pretermissi sunt, sibi magis quàm mihi imputare debebunt: Neque enim celantes scripta sua de his, quę non legi, nosse

se potui:& quod alijs forsitan sit notũ, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certè cum scriptis suis claruerint, non magnoperè nostri silentij dispendio suspirabunt: Discant igitur Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduersus Christum canes. Discant eorum sectatores, qui putant Ecclesiam nullos Philosophos & eloquentes, nullos habuisse Doctores, quanti & quales viri eam fundauerint, extruxerint, ornauerint, & desinant fidem nostram rusticæ tantum simplicitatis arguere, suamque potius imperitiam agnoscant.

Caput Primum.

SIMON Petrus filius Ioannis, prouinciæ Galileæ, vico Betsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum: post Episcopatum Antiochensis Ecclesiæ, & prædicationẽ dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simonem Magum, Romam per- Anno Domini 68.

git, ibique viginti quinque annis Cathedram sacerdotalem tenuit, vsq; ad vltimum annum Neronis, id est, decimum quartum. A quo & affixus Cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram verso, & in sublime pedib⁹ eleuatis: asserens se indignum, qui sic crucifigeretur vt Dominus suus. Scripsit duas Epistolas, quæ Catholicæ nominantur: quarum secunda à plerisque eius esse negatur, propter styli cum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius esse dicitur. Libri autem, è quibus vnus Actorum eius inscribitur, alius Euangelij, tertius prędicatiõis, quartus Apocalypseos, quintus Iudicij, inter apocryphas scripturas repudiantur. Sepultus Romæ, in Vaticano iuxta viam Triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

ANNOTATIONES.

Adnotauimus hunc florisse anno 68. quo sublatus est, quod & in cæteris fecimus, de quibus ex Tritthemio nihil constat: nisi diuersum indicauerimus. Inter apocryphas scripturas reputantur,

nos

nos reposuimus repudiantur: Sic enim codex Gemblacensis habet, & Lypsius, ex m. s. suis adnotauit, & Sophronius reddidit, ἀποδοκιμάζεται, ipseque Hieronymus in Modesto, infra capite 32. sic loquitur: Quæ Catholicæ appellantur. ita plerique: Sed Sigebergen. habet, Canonicæ appellantur: vt etiam capite proximo.

Caput Secundum.

IAcobus qui appellatur frater Domini, cognomento iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph ex alia vxore, vt autem mihi videtur Mariæ sororis matris Domini, cuius Iohannes in libro suo meminit, filius: post passionē Domini statim ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatus, vnam tantum scripsit Epistolam, quæ de septem Catholicis est, quæ ipsa ab alio quodam sub nomine eius ædita asseritur: licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Hegesippus vicinus Apostolicorum temporum in quinto Commentariorum libro de Iacobo, narrās ait: Suscepit Ecclesiam Hierosolymis post Apostolos frater Domini Iacobus, cognomento

Anno Domini 63.

Iustus: Multi ſiquidem Iacobi vocabantur. Hic de vtero matris ſanctus fuit, vinum & ſiceram non bibit, carnem nullam comedit, nunquam attõſus fuit, nec vnctus vnguento, nec vſus balneo, hic ſolitus erat ingredi ſancta ſanctorum. Siquidem veſtibus laneis non vtebatur, ſed lineis, ſoluſq; ingrediebatur templum, & flexis genibus pro populo deprecabatur, in tantum, vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur. Dicit & alia multa quæ enumerare longum eſt. Sed & Ioſephus in 20. li. antiquitatum refert, & Clemens in ſeptimo Hypotypoſeon, Mortuo Feſto, qui Iudæam regebat, miſſum à Nerone eſſe ſucceſſorem eius Albinum: qui quum necdum ad prouinciam perueniſſet: Ananus, inquit, Põtifex adoleſcens, Anani filius, de genere ſacerdotali accepta occaſione ἀναρχίας, concilium congregauit, & compellens publicè Iacobum, vt Chriſtum Dei filium negaret, contradicentem lapidari iuſſit: qui quum & præcipitatus de pinna templi confractis cruribus, adhuc ſemiuiuus, tendẽs

ad

ad cœlum manus diceret: Domine ignosce eis: quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste, quo rudia vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit idem Iosephus, tantæ eum sanctitatis fuisse & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Hierosolymam. Hic est de quo & Paulus Apostolus scribit ad Galatas: Alium autem Apostolorũ vidi neminẽ, nisi Iacobũ fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur secũdum Hebræos, & à me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sæpe vtitur, post resurrectionem Saluatoris refert: Dominus autem quum dedisset syndonem seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus, se non comesturum panem ab illa hora, qua biberat calicem Domini, donec videret eum resurgẽtem à mortuis. Rursusq; post paululũ: Affer te, ait Dominus, mensam & panẽ. Statimque additur: tulit panem, & bene-

dixit ac fregit, & pòst dedit Iacobo Iu-sto, dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaque annos Hierosolymis rexit ecclesiam, id est, vs-que ad septimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & præcipitatus fue rat, sepultus est. Titulum vsque ad ob-sidionem Titi, & vltimam Hadriani, notissimum habuit. Quidam è nostris in Monte Oliueti eum putauerunt cõ-ditum, sed falsa eorum opinio est.

ANNOTATIONES.

Huic soli licitum erat ingredi, &c. Gembla-censis codex rectè habet. Hic solitus erat ingredi, quam lectionem vt rei ipsius veritas, ita & So-phronij interpretatio genuinam esse conuincit, qui reddidit ἔθος δὲ ἦν ἀυτῷ ἐισελθεῖν, etc. Seminiuus: Gembl. codex habet semianimis, vt & Sigeber-gen. Sophronius habet ἡμιθανὴς, quod significat se-mimortuus: nos igitur vulgatam lectionem reti-nuimus, etiamsi Gemblacensē malimus. Quo ru-dia vestimenta. pro rudia cod. Gembl. habet vda, quam vocem & Lypsius ex Hildessemensi codice m. s. adnotauit. Sophronius epitheton hic vesti-mentis nullum addidit, sicut & Erasmus adnota-uit: nos nihil mutauimus. Cod. Sigeberg. etiam habet vda.

Caput

Caput Tertium.

MAtthæus, qui & Leui, ex publicano Apostolus primus in Iudæa, propter eos qui in circũcisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis, verbisq́; composuit. Quod quis postea in Græcũ transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cęsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoq; à Nazaræis, qui in Beræa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quod vbicunque Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini Saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtitur, non sequatur Septuaginta translatorum authoritatem, sed Hebraicam, è quibus illa duo sunt: Ex AEgypto vocaui filium meum: Et, Quoniam Nazarenus vocabitur. Anno Domini. 41.

ANNOTATIONES.

Floruisse hunc adnotauimus eo anno, quo scripsit. Testimonijs vtitur, in Gemblac. cod. erat abutitur,

utitur quod & Sophronius expressit verbo κατακέχρηται.

Caput Quartum.

Anno Domini 64. IVdas frater Iacobi paruam, quæ de septem Catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reijcitur: tamen authoritatem vetustate iam & vsu meruit, vt inter S. scripturas computetur.

ANNOTATIONES.

Iudas frater Iacobi: In antiquis (inquit Lypsius) legitur, frater Domini: & sunt quibus hæc lectio probatur, citantes Egesippi apud Euseb. verba: adhuc, inquit, viuebant quidam de carnali genere Domini nostri nepotes Iudæ eius, qui secundum carnem frater Domini dicebatur. Vide & Hieron. in 10. cap. Matth. Hæc Lypsius.

Caput Quintum.

Anno Domini 63. PAulus Apostolus, qui ante Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin, & oppido Iudææ Gischalis fuit, quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigrauit, à quib᷒ ob studia legis missus Hierosolymā, à Ga-

Gamaliele viro doctiss. cuius Lucas meminit, eruditus est. Cùm autem interfuisset neci Martyris Stephani, & acceptis à Pontifice tẽpli epistolis ad persequendos eos, qui Christo crediderãt Damascum pergeret, reuelatione cõpulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cumq; primum ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo, quod eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen, Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuertens Hierosolymam, à Petro Iacobo & Ioanne, gentium Apostolus ordinatur: Et quia in Actibus Apostolorũ plenissimè de eius cõuersione scriptũ est, hoc tãtum dicã, qđ post passionẽ Domini vigesimo & quinto anno, id est, secundo Neronis, eo tẽpore quo Festus procurator Iudææ successit Felici, Romã vinctus mittitur, & bienniũ in libera manẽs custodia, aduersus Iudæos de aduẽtu Christi quotidiè disputauit. Sciendũ aũt in prima satisfactione, necdũ Neronis imperio roborato,

nec

nec in tanta erumpente ſcelera, quanta de eo narrant Hiſtoriæ, Paulum à Nerone dimiſſum, vt Euangeliũ Chriſti in Occidentis quoq; partibus prædicaret, ſicut ipſe ſcribit in ſecunda ad Timothæum, eo tempore quo & paſſus eſt, de vinculis dictans Epiſtolam: In prima mea ſatisfactione nemo mihi affuit, ſed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes, & liberatus ſum de ore Leonis. Manifeſtiſſimè leonem propter crudelitatem Neronem ſignificans. Et in ſequẽtibus: Liberatus ſum de ore Leonis. Et ſtatim, Liberauit me Dominus ab omni ipſo malo, & ſaluauit me in regnum ſuum cœleſte, quod ſcilicet præſens ſibi ſentiret imminere Martyrium. Nam & in eadem Epiſtola præmiſerat: Ego enim iam immolor, & tempus reſolutionis meę inſtat. Hic ergo 14. Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Chriſto capite truncatus, ſepultuſque eſt in via Oſtienſi, anno poſt paſſionem Domini

ni trigesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem Ecclesias Epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippensis vnam, ad Colossenses vnam, ad Thessalonicēses duas. Præterea ad discipulos suos quatuor, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam. Epistola autem quę fertur ad Hebręos, nō eius creditur, propter styli sermonisque dissonantiam, sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum: vel Lucæ Euangelistæ, iuxta quosdam; vel Clementis Romanæ postea Ecclesiæ Episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, sed propter inuidiam sui apud eos nominis titulum in principio salutationis amputauerit. Scripserat autem vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè, vt ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterētur in in Græcum, & hanc causam esse; quod à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legunt quidam & ad Laodicēses, sed ab omnibus exploditur. An-

ANNOTATIONES.

Propter styli, sermonisq; distantiam: ex codice Gemblacensi restitui dissonantiam, secutus Sophronium, qui reddidit διαφωνίαν.

Caput Sextum.

Anno Domini 63. BArnabas Cyprius, qui & Ioseph Leuites, cum Paulo gentium Apostolus ordinatus, vnam ad ædificationem Ecclesiæ pertinentem Epistolam composuit, quæ inter apocryphas scripturas legitur. Hic postea propter Ioannem discipulum, qui & Marcus vocabatur, separatus à Paulo, nihilominùs Euangelicæ prædicationis iniunctum sibi opus exercuit.

Caput Septimum.

Anno Domini 59. LVcas Medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator Apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes. Scripsit Euangelium, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euãgelio, per omnes Ecclesias. Et ad Collossenses: Salutat vos Lucas medicus charissimus: Et ad Timothæum: Lucas est mecum

solus

ſolus. Aliud quoque edidit volumen egregium, quod titulo πράξεις ἀποστόλων, prænotatur: cuius hiſtoria vſque ad biennium Romæ cõmorantis Pauli peruenit, id eſt, vſq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus, in eadem vrbe librum eſſe compoſitum. Igitur περιόδους Pauli, & Theclæ, & totã baptizati Leonis fabulam inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale.n.eſt, vt indiuidu9 Comes Apoſtoli, inter cæteras eius res hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterũ quendã in Aſia σπουδαςὴν Apoſtoli Pauli conuictum apud Ioannem, quod autor eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id de loco excidiſſe. Quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in Epiſtolis ſuis Paulus dicit: iuxta Euangelium meum, de Lucæ ſignificare volumine: & Lucam non ſolùm ab Apoſtolo Paulo didiciſſe Euangeliũ, qui cum Domino in carne non fuerat, ſed à cæteris Apoſtolis, quod & ipſe quoque in principio

ſui

ſui voluminis declarat dicens : Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipſi viderunt,& miniſtri fuerunt ſermonis.Igitur Euangelium ſicut audierat, ſcripſit. Acta verò Apoſtolorum ſicut viderat ipſe compoſuit (Vixit octoginta & quatuor annos vxorem non habens) Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quam vrbem vigeſimo Conſtantij anno oſſa eius cum reliquijs Andreæ Apoſtoli tranſlata ſunt de Achaia.

ANNOTATIONES.

Lucam anno 53. Euangelium: anno 59. Acta Apoſtolorum ſcripſiſſe authores tradunt:porrò, quæ parentheſi incluſa ſunt ab eo loco , Vixit octoginta & quatuor,&c. in cod. Gembl. non habentur , idem etiam de ſuis quibuſdam teſtantur Eraſmus & Lypſius,nec Sophronius interpretatione ſua retulit: vt ſuppoſititia eſſe videantur: vſque ad quartũ Neronis annum , Sigebergen. habet quartum decimum.

Caput Octauum.

Anno Domini 63.

MArcus diſcipulus & interpres Petri,iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus,breue ſcripſit Euangelium. Quod quum

quum Petrus audiſſet, probauit, & Ec-
cleſiæ legẽdum ſua authoritate edidit;
ſicut Clemens in ſexto ὑποτυπώσεων li-
bro ſcribit. Et Papias Hierapolitanus
Epiſcopus, meminit huius Marci: & Pe
trus in Epiſtola prima ſub nomine Ba-
bylonis figuraliter Romam ſignificãs:
Salutat vos Eccleſia, quæ in Babylone
eſt electa, & Marcus filius meus. Aſ-
ſumpto itaque Euangelio, quod ipſe
confecerat, perrexit ad AEgyptum, &
primus Alexandriæ Chriſtum annun-
cians, conſtituit Eccleſiam tanta do-
ctrina & vitæ continẽtia, vt omnes ſe-
ctatores Chriſti ad exemplum ſui co-
geret. Denique Philo diſertiſſimus Iu-
dæorum, videns Alexandriæ primam
Eccleſiam adhuc Iudaizantem, qua-
ſi in laudem gentis ſuæ, librum ſuper
eorum conuerſatione ſcripſit. Et quo-
modo Lucas narrat Hieroſolymæ cre-
dentes omnia habuiſſe communia, ſic
ille quod Alexandriæ ſub Marco fieri
Doctore cernebat, memoriæ tradidit.
Mortuus eſt autẽ octauo Neronis an-
no, & ſepultus Alexandriæ, ſuccedẽn-
te ſibi Aniano.

ANNOTATIONES.

Tanta doctrina & vitæ continentia: cod. Gembla. habet tanta doctrina, & c. hic etiam Sophronius τόσαυτῇ παιδεύσει, καὶ βίου καρτερίᾳ.

Caput Nonum.

An. Dom. 101. IOannes Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, & frater Iacobi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit Euangelium, rogatus ab Asiæ Episcopis aduersus Cerinthum aliosque Hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt, Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est, diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt: quod cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum Historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Iohannis historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes

nes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit his, qui diligenter quatuor Euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam διαφωνίαν, quæ videtur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & vnam Epistolam, cuius exordium est: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, & vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitę: quę ab vniuersis Ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est: Senior electæ Dominæ, & natis eius: & sequentis, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in veritate: Ioannis presbyteri asseruntur; cuius & hodiè alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur: & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse: super qua re, cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit differemus. Quartodecimo igitur anno secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano in Patmon Insulam relegatus, scripsit

Apocalypsin, quam interpretatur Iustinus Martyr & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu rescissis, sub Nerua Principe redit Ephesum: ibique vsque ad Traianum Principem perseuerans, totas Asiæ fundauit rexitque Ecclesias. & confectus senio, sexagesimo octauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eãdem vrbem sepultus est.

ANNOTATIONES.

Sub Nerua Principe; Hæc videtur esse genuina lectio, quam & Lypsius probat. Erasmus notat in quibusdam m.s. cod. pro Nerua esse Pertinacem, quod & Sophronius reddidit. cod. Gembla. habet, Sub Nerua Pertinace, quomodo legit etiam Sigebergen.

Caput Decimum.

Anno Domini 60. Hermas, cuius Apostolus Paulus ad Romanos scribens meminit, Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermã, Patrobam, Hermen, & qui cũ eis fratres sunt: asserunt authorẽ hunc esse libri, qui appellatur Pastor, & apud quasdã Græciæ Ecclesias etiã publicè legitur.

gitur. Reuera vtilis liber, multiq; de eo ſcriptorum veterum vſurpauerunt teſtimonia. Sed apud Latinos pænè ignotus eſt.

Caput Vndecimum.

PHilo Iudæus, natione Alexandrinus de genere ſacerdotum, idcirco à nobis inter ſcriptores Eccleſiaſticos ponitur, quia librum de prima Marci Euangeliſtæ apud Alexandriam ſcribens Eccleſia, in noſtrorum laude verſatus eſt: non ſolum eos ibi, ſed in multis quoq; prouincijs eſſe commemorans, & habitacula eorum dicens monaſteria. Ex quo apparet, talem primam in Chriſtum credentium fuiſſe Eccleſiam, quales nunc Monachi eſſe nituntur & cupiunt, vt nihil cuiuſquã proprium ſit, nullus inter eos diues, nullus pauper, patrimonia egentibus diuidantur, orationi vacetur & pſalmis, doctrinæ quoque & continentiæ: quales & Lucas refert, primùm Hieroſolymæ fuiſſe credentes. Aiunt hunc ſub Caio Caligula Romæ periclitatũ,

An. Dom. 50.
Trith.

quo Legatus gentis ſuæ miſſus fuerat. Cùm ſecunda vice veniſſet ad Claudium, in eadem vrbe locutum eſſe cum Apoſtolo Petro, eiuſque habuiſſe amicitias, & ob hanc cauſam etiam Marci diſcipuli Petri apud Alexandriam ſectatores ornaſſe laudibus ſuis. Extant huius præclara & innumerabilia opera in quinque libros Moyſi: De Confuſione linguarum, liber vnus: De Natura & inuentione, liber vnus: De his quæ ſenſu precamur & teſtamur liber vnus: De Eruditione liber vnus: De Hærede diuinarum rerum, liber vnus: De Diuiſione æqualium & contrariorum, liber vnus: De tribus virtutibus liber vnus: Quare quorundam in ſcripturis mutata ſunt nomina, liber vnus: De pactis, libri duo: De vita ſapientis, liber vnus: De Gigantibus, liber vnus: Quod ſomnia mittantur à Deo, libri quinque: Quæſtionum & ſolutionum in Exodo, libri quinque: De Tabernaculo & Decalogo, libri quatuor: Necnon & de Victimis & repromiſſionibus, ſiue maledictis, De prouidentia, De

Iudæis

Iudæis, De Conuerſatione vitæ, De Alexandro, & quod propriam rationem muta animalia habeant: & quod omnis inſipiens ſeruus ſit: & de Vita noſtrorum, librum, de quo ſupra diximus, id eſt, de Apoſtolicis viris, quem et inſcripſit περὶ βίου θεωρητικοῦ ἱκετῶν, qđ videlicet cœleſtia contemplentur, et ſemper Deum orent, et ſub alijs indicibus: De Agricultura, duos: De ebrietate duos. Sunt & alia eius monumenta ingenij, quæ in noſtras manus non peruenerunt. De hoc vulgo apud Græcos dicitur, ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατονίζει: id eſt, aut Plato Philonem ſequitur, aut Platonem Philo, tanta eſt ſimilitudo ſenſuum, & eloquij.

ANNOTATIONES.

Quæ ſenſu precamur & teſtamur: Gemblac. cod. m. ſ. habet, deteſtamur, ſine dubio rectè, quãquam id non ſatis ſcitè reddiderit Sophronius, ἀπομαρτυρόμεθα: *De Alexandro dicente, quod propriam, &c. Gembl. cod. habet de Alexandro & quod propriam, &c. quam lectionẽ confirmat Sophronius,* περὶ ἀλεξάνδρον, καὶ ὅτι.

Caput Duodecimum.

An Do. 50 Tritth.

LVcius Annæus Seneca Cordubensis Sotionis Stoici discipulus, & patruus Lucani poëtæ, continentissimæ fuit vitæ, quem non ponerem in Catalogo sanctorum, nisi me illæ Epistolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum. In quibus cum esset Neronis magister, & illius temporis potentissimus, optare se dicit eius esse loci apud suos, cuius sit Paulus apud Christianos. Hic ante biennium, quàm Petrus & Paulus coronarentur martyrio, à Nerone interfectus est.

Caput decimumtertium.

An. Dom. 100. Trith.

IOsephus Matthathiæ filius ex Hierosolymis Sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tito filio eius relictus est. Hic Romam veniens, septem libros Iudaicæ captiuitatis Imperatoribus Patri filioq́ue obtulit, qui & bibliothecæ publicæ traditi sunt: & ob ingenij gloriã, statuam quoq; meruit Romæ. Scripsit aũt & alios vigĩti Antiqui

tatum

tatum libros, ab exordio mundi, vsq; ad decimumquartum annum Domitiani Cęsaris, & duos ἀρχαιότητος, aduersum Appionem Grammaticum Alexandrinum: qui sub Caligula legatus missus x parte gentilium, contra Philonem etiam librum, vituperationem gentis Iudaicæ continentem scripserat. Alius quoque liber eius, qui inscribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ valdè elegans habetur, in quo & Machabæorũ digesta sunt Martyria. Hic in xviij. Antiquitatum libro manifestissimè confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum à Pharisæis interfectum, & Iohannem Baptistam verè Prophetam fuisse, & propter interfectionem Iacobi Apostoli, dirutam Hierosolymam: scripsit autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Iesus vir sapiens, si tamen virum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorũ, qui libẽter vera suscipiunt: plurimos quoque tam de Iudæis, quàm de gentibus sui habuit sectatores, & credebatur esse Christus. Cumque inuidia nostrorũ

Principum, cruci cum Pilatus addixiſſet, nihilominus qui cum primùm dilexerant perſeuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die viuens, multa & hęc & alia mirabilia, carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus, & vſque hodie Chriſtianorum gens ab hoc ſortita vocabulum, non defecit.

ANNOTATIONES.

Matthathiæ filius: Gembl. codex habet, Mathiæ, ſicut & Sophronius, & vetuſta quædam exemplaria teſte Eraſmo, nos tamen nihil hic mutamus, Sigebergenſis m.ſ. cod. in Indice habet Mathia, hic habet Mathathia.

Caput decimumquartum.

Anno Domini 90. IVſtus Tiberienſis de prouincia Galilæa, conatus eſt & ipſe Iudaicarum rerum hiſtoriam texere, & quoſdam Commentáriolos componere, ſed hunc Ioſephus arguit mendacij: conſtat autem illum eo tempore ſcripſiſſe quó & Ioſephus.

ANNOTATIONES.

Et quoſdam Commentariolos de ſcripturis cōponere. de ſcripturis, hic abundat: Sophronius habet, καὶ τίνα ὑπομνήματα περιγράφειν, codex Gēbl. ha-

habet, & quosdam Commentariolos descripsit cod Sigeberg. vocat hunc non Iustum, sed Iustinũ, sed male.

Caput decimumquintum.

CLemens, de quo Apostolus Paulus ad Philippenses scribens ait: An. Dom. 77.
Cũ Clemente & cęteris cooperatorib. meis, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ: quartus post Petrum Romanus Episcopus. Siquidem secundus Linus fuit, & tertius Anacletus, tametsi plerique Latinorum, secundum post Petrum Apostolum, putent fuisse Clementem. Scripsit ex persona Romanæ Ecclesiæ ad Ecclesiam Corinth. valde vtilem Epistolam, quæ & nõnullis locis etiam publicè legitur, quę mihi videtur characteri epistolæ, quæ sub Pauli nomine ad Hebræos fertur, conuenire. Sed & multis de eadem epistola non solum sensibus, sed iuxta verborum quoque ordinem abutitur. Omnino grandis in vtraque similitudo est. Fertur & secunda ex eius nomine Epistola, quæ à Veteribus repro-

reprobatur. Et disputatio Petri & Appionis longo sermone conscripta, quã Eusebius in tertio historiæ Ecclesiasticæ volumine coarguit. Obijt tertio Traiani anno, & nominis eius memoriam vsque hodiè Romæ extructa Ecclesia custodit.

Caput decimumsextum.

An. Dom. 100. Trith.

IGnatius Antiochenæ Ecclesiæ, tertius post Petrum Apostolum Episcopus, commouẽte persequutionem Traiano, damnatus ad bestias, Romã vinct⁹ mittitur. Quumq; nauigãs Smirnã venisset, vbi Polycarpus Ioãnis Auditor Episcopus erat, scripsit vnam Epistolam ad Ephesios, alteram ad Magnesianos, tertiam ad Trallenses, quartam ad Romanos: & inde egrediens scripsit ad Philadelpheos, & ad Smirneos, & propriè ad Polycarpum, commẽdans illi Antiochensem ecclesiam: in qua & de Euangelio, quod nuper à me translatum est, super persona Christi ponit testimonium dicens: ego verò & post resurrectionem in carne eum vidi,

vidi, & credo quia ſit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Ecce palpate me & videte, quia non ſum dæmonium incorporale. Et ſtatim tetigerunt eum, & crediderunt. Dignum autem mihi videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de epiſtola eius, quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere: De Syria vſque ad Romam pugno ad beſtias in mari & in terra, nocte dieque, ligatus cum decem Leopardis, hoc eſt, militibus, qui me cuſtodiunt: quibus & cũ benefeceris, peiores fiunt. Iniquitas autem eorum, mea doctrina eſt, ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt præparatæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum, & ad ſupplicia, & allici eas ad comedendum me, ne ſicut & aliorum Martyrum non audeant corpus meum attingere. Quod ſi venire noluerint, ego vim faciam, ego me ingeram vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli, quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio Chriſti eſſe diſcipulus, nihil de his quæ videntur deſiderans, vt Ieſum Chri-
ſtum

ſtum inueniam. Ignis, crux, beſtiæ, cõfractio oſſium, membrorum diuiſio, & totius corporis contritio, & tota tormenta Diaboli in me veniant, tantum vt Chriſto fruar. Cumque iam dãnatus eſſet ad beſtias, ardore patiendi, cum rugientes audiret Leones, ait: Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar. Paſſus eſt anno vndecimo Traiani. Reliquiæ corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in cœmiterio.

ANNOTATIONES.

Ardore patiendi: ſic & Sophronius reddidit. πόθῳ τοῦ παθεῖν: ideoque nihil mutamus: Gẽbla. cod habet ardore impatienti, vt ad rugitum leonum referri videatur. Ad Tralleuſes, Sigebergen. cod. habet Troienſes.

Caput decimumſeptimum.

An. D. 16?. App. Polycarpus, Ioannis Apoſtoli diſcipulus, ab eo Smirnę Epiſcopus ordinatus, toti⁹ Aſiæ Princeps fuit. Quippè qui nõnullos Apoſtolorum, & eorum qui viderant Dominum, magiſtros

ſtros habuerit & viderit. Hic propter quaſdam ſuper, die Paſchæ quæſtiones, ſub Imperatore Antonino Pio, Eccleſiam in vrbe regente Aniceto, Romam venit, vbi plurimos credentium, Marcionis & Valentini perſuaſiõe deceptos, reduxit ad fidem. Cumque ei fortuitò obuiam fuiſſet Marcion, & diceret, Cognoſce nos: Reſpondit, Cognoſco primogenitum Sathanæ. Poſtea verò regnante Marco Antonino & L. Aurelio Cõmodo, quarta poſt Neronem perſequutione Smirnæ, ſedente proconſule & vniuerſo populo in amphitheatro aduerſus eum perſonãte, igni traditus eſt. Scripſit ad Philippenſes valdè vtilẽ Epiſtolã, quæ vſq; hodiè in Aſiæ Conuentu legitur.

ANNOTATIONES.

Regente Aniceto: ſic Sophronius, cui & cod. Gemblac. ſubſcribit, & Eraſmus ſuffragatur, quod ideò adnotauimus, quod nonnulli codices habeant Anacletum. Vide infrà in Hegeſippo cap. 22. Cognoſcis nos? in ſ. cod. Gembl. habet imperatiuè, Cognoſce nos: quod & Sophronius retulit, γνώριζε ἡμᾶς.

Caput

Caput decimumoctauum.

Anno Domini 110. Trith.

PApias Ioannis auditor, Hierapolitanus Episcopus in Asia, quinque tantum scripsit volumina, quę prenotauit: explanatio sermonum Domini: In quibus quum se in præfatione, asserat, non varias opiniones sequi, sed Apostolos autores habere, ait: Cōsiderabam quid Andræas, quid Petrus, dixissent, quid Philippus; quid Thomas, quid Iacobus, quid Ioannes, quid Matthęus, vel alius quilibet discipulorum Domini; quid etiam Aristion, & senior Ioannes discipuli Domini loquebantur. Non enim tantùm mihi libri ad legendum prosunt, quantum viua vox, & vsque hodie in suis authoribus personans: ex quo apparet, ex ipso Catalogo nominum alium esse Ioannē, qui inter Apostolos ponitur: & aliū seniorem Ioannē, quem post Aristionem enumerat. Hoc autem diximus propter superiorem opinionem, quam à plerisque retulimus traditam, duas posteriores epistolas Ioannis, nō Apostoli esse, sed presbyteri: hic dicitur

tur

tur, mille annorum Iudaicam edidisse δευτέρωσιν, quem secuti sunt Irenæus & Apollinaris, & cæteri qui post resurrectionem aiunt in carne cum sanctis Dominum regnaturum. Tertullianus quoque in libro de spe fidelium, & Victorinus Pictauiensis, & Lactantius hac opinione ducuntur.

ANNOTATIONES.

Quid Aristion; Sophronius etiam habet Αρισ:ων. *cod. Gembl. habet Ariston. Victorinus Pictauiensis: cod. Gembl. habet, Pictauionensis: quam lectionem & Lypsius quoque adnotauit ex m.s. codice Hildessemensi.*

Caput decimumnonum.

QVadratus Apostolorum discipulus Publio Athenarum Episcopo ob Christi fidē martyrio coronato, in locū eius substituitur, & ecclesiam grā di terrore dispersam, fide & industria sua congregat. Cumque Hadrianus Athenis exegisset Hyemen, inuisens Eleusina, & omnibus penè Græciæ sacris initiatus, dedisset occasionem his, qui Christianos oderant, absque præcepto Imperatoris vexare credentes, An. D. 120 Trith.

porrexit ei librum pro religione nostra compositum valde vtilem, plenumque rationis & fidei, & Apostolica doctrina dignum: in quo & antiquitatem suæ ætatis ostendens ait plurimos à se visos, qui sub Domino varijs in Iudæa oppressi calamitatibus sanati fuerant, & quià mortuis resurrexerant.

ANNOTATIONES.

Inuisens Eleusinam, m. s. cod. Gembla. rectius Eleusina, est enim à recto casu Eleusin. quod oppidum est non longè distās Athenis; in quo peragebantur arcana sacra Cereris, Sophronius habet, ἐν ἐλευσῖνι, γενόμενος: Antiquitatem suæ ætatis: Sic & Sophronius τὴν ἀρχαιότητα τῆς ἰδίας ἡλικίας, m. s. codex Gembl. habet antiquitatem suæ actionis, sed nos nihil mutamus.

Caput XX.

Anno Domini 120. Tritth.

ARistides Atheniensis Philosophus eloquentissimus, & sub pristino habitu discipulus Christi, volumen nostri dogmatis ratione continens, eodem tēpore, quo & Quadratus, Hadriano Principi dedit, id est, Apologeticum pro Christianis, quod vsque

vſque hodie perſeuerās apud Philologos ingenij eius indicium eſt.

Caput xxi.

AGrippa, cognomento Caſtor, vir valde doctus, aduerſum viginti quatuor Baſilidis Hæretici volumina, quæ in Euangelium confecerat, fortiſſimè diſſeruit, prodens eius vniuerſa myſteria, & Prophetas enumerans, Barcabam & Marcob, & ad terrorem audientium alia quædam Barbara nomina figurans, & Deum eius Maximum Abraxas, qui quaſi annum continens, iuxta Græcorum numerum ſupputetur. Mortuus eſt autem Baſilides, à quo Gnoſtici, in Alexandria temporibus Hadriani: qua tempeſtate & Chochibus dux Iudaicæ factionis Chriſtianos varijs ſupplicijs enecauit.

Anno Domini. 130.

ANNOTATIONES.

Cognomento Caſtor, ita & Sophronius ὁ ἐπικληνκάςωρ, quare nihil mutamus. cod. Gembl. habet; Cognomento paſtoris: Barcaban & Marcob: codex m. ſ. Martinienſis habet Barchaban & Barchob. codex Viridis Vallis habet Barchaban

ban

ban & Barchobeth : cum quo consentit & cod. Gembl. cod. Sigebergen. m. s. habet Barchaban, & Bareob, nos nihil mutamus, cum lectionem vulgatam Sophronius interpretatione sua confirmet. Chochibus, Sophronius item χόχιβος, m. s. codices Mart. & Virid. Vall. habent Cochabas. Gemblacen. habet, Exechochebas : Sigeberg. habet Cochebas.

Caput xxij.

An.D.160. Trith.

Eius hist. periit Baron. 7. Apr.

EGesippus vicinus Apostolicorum temporum omnes à passione Domini vsque ad suam ætatem, ecclesiasticorum Actuum texens historias, multaque ad vtilitatem legẽtium pertinentia hincinde congregans, quinq; libros cõposuit sermone simplici: vt quorũ vitã sectabatur, dicendi quoq; exprimeret characterẽ. Asserit se venisse sub Aniceto Romam, qui decimus post Petrum Episcopus fuit, & perseuerasse vsque ad Eleutherum eiusdem vrbis Episcopum, qui Aniceti quondam Diaconus fuerat. Præterea aduersum Idola disputans, ex quo primum errore creuissent, subtexit historiam: ex qua ostendit qua floruerit ætate: Ait enim: Tumulos mortuis templaque

quefecerunt: ſicut vſque hodiè videmus, è quibus eſt & Antinous ſeruus Hadriani Cæſaris, cui & Gymnicus agon exercetur apud Antinoum Ciuitatem, quam ex eius nomine condidit & ſtatuit prophetas in templo. Antinoum autem in delitijs habuiſſe Cęſar Hadrianus ſcribitur.

ANNOTATIONES.

Ad Eleutherium: Codex Gembl. habet Eleutherum, cui ſubſcribit & translatio Sophronij, & annotatio Lypsij.

Caput xxiij.

IVſtinus philoſophus, habitu quoq; philoſophorum incedens, de Neapoli vrbe Paleſtinæ, patre priſco Bacchio, pro religione Chriſti plurimum laborauit, in tantum, vt Antonino Pio, & filijs eius, & Senatui librum cõtra gentes ſcriptum daret, ignominiamque Crucis non erubeſceret, & alium librum Succeſſoribus eiuſdem Antonini M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Extat eius & aliud

Anno Domini. 150. Tritth.

volumen contra gentes, vbi de dęmonum quoque natura diſputat, & quartum aduerſus gentes, cui titulum prę-notauit, ἔλεγχος, ſed & alium de Monarchia Dei, & alium librum, quem prænotauit Pſaltem, & alium de Anima. Dialogus contra Iudæos, quem habuit aduerſus Tryphonem Principem Iudæorum, ſed & contra Marcionem inſignia volumina, quorum Irenæus quoque in quinto aduerſus Hęreſes libro meminit, & alium librum contra omnes hæreſes, cuius facit mentionē in Apologetico, quem dedit Antonino Pio. Hic cū in vrbe Roma haberet τὰς διατριβὰς & Creſcentem Cynicum, qui multa aduerſum Chriſtianos blaſphemabat, redargueret, guloſum, & mortis timidum, luxuriæque & libidinum ſectatorem, ad extremum ſtudio ei⁹ & inſidijs accuſatus, qđ Chriſtian⁹ ęſſet, pro Chriſto ſanguinem fudit.

Caput xxiiij.

An.D.160. Tritth.

MElito Aſianus, Sardenſis Epiſcopus, librum Imperatori M. Antonino

tonino Vero, qui Frontonis Oratoris diſcipulus fuit, pro Chriſtiano dogmate dedit. Scripſit quoque & alia, de quibus iſta ſunt, quæ ſubiecimus: De Paſcha libros duos: De vita Prophetarum, librum vnum: De Eccleſia, librũ vnum: De die Dominica, librum vnum: De ſenſibus, librum vnum: De fide, librum vnum: De plaſmate, librum vnum: De Anima & corpore, librum vnum: De Baptiſmo librũ vnũ, De veritate librũ vnũ: De generatione Chriſti, librũ vnum: De Prophetia ſu[illegible] librum vnum: De Philoxenia, libru[illegible] vnum: & alium librum qui Clauis inſcribitur: De Diabolo, librum vnum De Apocalypſi Iohannis, librum vnum: καὶ περὶ ἐνσωμάτου θεοῦ librum vnum: & ἐκλογῶν libros ſex. Huius elegãs & declamatorium ingenium laudans Tertullianus in ſeptem libris quos ſcripſit aduerſus Eccleſiam pro Montano, dicit eum à pleriſque noſtrorum Prophetam putari.

ANNOTATIONES.

De plasmate: Hic etiam Sophronius περὶ πλάσεως, m. s. cod. Gembl. habet, de Phase, perperā vt arbitramur, cum hic liber idem videatur esse cum ijs, quos duos de Pascha conscripsisse suprà dicitur. Idē codex infrà etiā nonnihil variat à Sophronio, & lectione latina vulgata, cuius verba proinde subijciam: Huius elegans & declamatorium ingenium, Tertullianus in septem libris quos scripsit aduersus Ecclesiam pro Montano, cauillatur, &c. Erasmus hunc locum attigit, & ex Sophronio restituit, qui mihi (quod pace tanti viri dixerim) hic deprauatus esse videtur, planè enim hæc mens Hieronymi & Sophronij quoque fuisse videtur, vt declarent Melitonem quamuis egregium cauillis eleuatum fuisse à Tertulliano, qui Ecclesiam ipsam vniuersam oppugnabat, itaq; vox ἐπαίνων apud Sophronium supposititia esse videtur, vt & λέγει, ex alio facta. quæ respondet, cauillatur. cod. Sigebergen. cum Gemblacensi conuenit.

Caput XXV.

An. D. 170 Tritth. THeophylus sextus Antiochensis ecclesiæ Episcopus, sub Imperatore M. Antonino Vero, librum contra Marcionem composuit, qui vsque hodie extat, feruntur eius ad Antoly-

cum

cum tria volumina, & contra heresim Hermoginis liber vnus, & alij breues elegantesque Tractatus ad ædificationem Ecclesiæ pertinentes. Legi sub nomine eius in Euangelium, & in prouerbia Salomonis commentarios, qui qui mihi cũ superiorũ voluminũ elegãtia, & phrasi nõ videntur cõgruere.

Caput XXVI.

APollinarius Asiæ Hierapolitanus Episcopus sub Imperatore M. Antonino Vero floruit, cui & insigne volumen pro fide Christianorum dedit. Extant eius & alij quinque aduersum gentes libri, & de veritate duo, & aduersum Cataphrygas tunc primum exortos cum Priscilla & Maximilla insanis vatibus incipiente Montano. Anno Domini 163. Trith.

ANNOTATIONES.

Apollinarius. Hic Sophronius, & editio vulgata: codex Gembl. habet Apollinaris. & de veritate duo, cod. m. s. Sigeberg. habet, libri tres de veritate, duo aduersus, &c.

Caput xxvij.

Anno Domini 170. Tritth.

DIOnysius Corinthiorum Ecclesiæ Episcopus, tantæ eloquentiæ & industriæ fuit, vt non solum suæ ciuitatis & prouinciæ populos, sed & aliarum vrbium & prouinciarum epistolis erudiret. E quibus est vna ad Lacedæmonios, alia ad Athenienses, tertia ad Nicomedenses, quarta ad Cretenses, quinta ad Ecclesiam Amastrianam, & ad reliquas Ponti Ecclesias: sexta ad Gnossianos, & ad Pinytum eiusdem vrbis Episcopum: septima ad Romanos, quam scripsit ad Soterem Episcopum eorũ: Octaua ad Chrysophoram, sanctam fœminam. Claruit sub Imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo.

ANNOTATIONES.

Erasmus occasione huius Dionysij, cum multi eodem nomine fuerint, probabile esse putat libros de Hierarchia cœlesti, & de diuinis nominibus ab horum aliquo fuisse scriptos, non ab Areopagita discipulo Pauli: cuius coniectura ne studiosus moueatur, facilè confirmabitur, si Græcum textum horum operum, quem Erasmus non

non vidisse videtur, diligenter legerit, eique adnotationes Morellij adiunxerit. Amastrianam, Sigebergen. cod. m. s. Amasdrinam.

Caput xxviij.

PInytus Cretensis, Gnossiæ vrbis Episcopus, scripsit ad Dionysium Corinthiorũ Episcopum valdè elegãtem epistolã, in qua docet, nõ semper lacte populos nutriẽdos, ne quasi paruuli ab vltimo occupentur die, sed & solido vesci debere cibo, vt in spiritualem proficiãt senectutẽ. Et hic sub M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo floruit. Anno Domini 170

Caput xxix.

TAtianus, Hæresiarcha, qui primũ Oratoriã docens, nõ paruam sibi ex arte Rhetorica gloriam comparauerat, Iustini Martyris sectator fuit, florens in Ecclesia, quamdiu ab eius latere non decessit. Postea verò inflatus eloquentiæ tumore nouam condidit Hæresim, quæ ἐγκρατιτῶν dicitur, quã postea Seuerus auxit, Anno Domini 170 Tritth.

à quo

à quo eiusdem partis hæretici Seueriani vsque hodiè appellantur. Porro Tatianus infinita scripsit volumina è quibus vnus contra gentes florentissimus extat liber, qui inter omnia opera eius fertur insignis. Et hic sub Imperatore M. Antonino Vero, & L. Aurelio Cõmodo floruit.

Caput XXX.

Anno Domini 170 Tritth.

PHilippus Episcopus Cretẽsis, hoc est vrbis Gortinæ: cuius Dionysius in Epistola sua meminit, quam scripsit ad eiusdem ciuitatis ecclesiã: præclarum aduersum Marcionem edidit librum, temporibusque M. Antonini Veri, & L. Aurelij Commodi claruit.

Caput XXXI.

Anno Domini 170. Tritth.

MVsanus nõn ignobilis inter eos, qui de ecclesiastico dogmate scripserunt, sub Imperatore M. Antonino Vero, confecit librum aduersus quosdam fratres, qui de Ecclesia ad Eucratitarum hæresim declinauerant.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Aduersus quosdam: m. s. cod. Sigeberg. habet ad quasdam.

Caput XXXII.

MOdestus & ipse sub Imperatore M. Antonino & L. Aurelio Cōmodo, aduersum Marcionem scripsit librum, qui vsque hodie perseuerat, feruntur sub nomine eius & alia συγγράμματα, sed ab eruditis quasi ψευδεπίγραφα repudiantur. Anno Domini 175. Tritth.

Caput xxxiij.

BArdesanes in Mesopotamia clarus habitus est, qui primū Valentini sectator, deinde confutator, nouam ipse hæresim condidit. Ardens eius à Syris prędicatur ingenium, & in disputatione vehemens. Scripsit infinita aduersum omnes pænè hæreticos, qui ætate eius pullulauerant: In quibus clarissimus ille & fortissimus liber est, quem Marco Antonino de fato tradidit: & multa alia super persequutione volumina, quæ sectatores eius de Syra lingua verterunt in Græcam. Si autem Anno Domini 170.

tantā

tanta vis eſt, & fulgor in interpretatione, quantam putamus in ſermone proprio?

ANNOTATIONES.

Et fortiſſimus: Sigebergenſis m. ſ. cod, habet florentiſſimus.

Caput xxxiiij.

An.D. 210 VIctor tertius decimus Romanæ vrbis Epiſcopus, ſuper quæſtione Paſchæ, & alia quædã ſcribẽs Opuſcula, rexit Eccleſiam ſub Seuero Principe annis decem.

Caput xxxv.

An.D. 175 Tritth. IRenæus Pothini Epiſcopi, qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam, presbyter à Martyribus eiuſdem loci ob quaſdam Eccleſiæ quæſtiones legatus Romam miſſus, honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert literas. Poſtea iam Pothino prope nonagenario ob Chriſtum Martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur. Conſtat autem Polycarpi

carpi, cuius ſupra fecimus mentionẽ, ſacerdotis & martyris, hunc fuiſſe diſcipulum. Scripſit quinque aduerſus hæreſes libros, & contra gentes volumen breue, & de diſciplina aliud, & ad Martianum fratrem de Apoſtolica prędicatione, & librum variorum tractatuum, & ad Blaſtum de ſchiſmate, & ad Florinum de Monarchia, ſiue quod Deus non ſit conditor malorum, & περὶ τῶν ὀγδοαϛῶν egregium Commentarium, in cuius fine ſignificans ſe Apoſtolicorum temporũ vicinum fuiſſe, ſic ſubſcripſit: Adiuro te, qui tranſcribis librum iſtum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per glorioſum eius aduentum, quo iudicaturus eſt viuos & mortuos, vt conferas poſtquam tranſſcripſeris, & emendes illum ad exemplar, vnde ſcripſiſti diligẽtiſſimè: hanc quoque obteſtationem ſimiliter transferas, vt inueniſti in exẽplari. Feruntur eius & aliæ ad Victorẽ Epiſcopum Romanum de quæſtione Paſchæ Epiſtolæ, in quibus commonet eum, non facile debere vnitatem

Colle-

Collegij ſcindere. Siquidem Victor multos Aſiæ & Orientis Epiſcopos, qui decimaquarta Luna cum Iudæis Paſcha celebrabant, damnandos crediderat. In qua ſententia hi etiã qui diſcrepabant ab illis Victori non dederũt manus. Floruit maximè ſub Commodo principe, qui Marco Antonino Vero in Imperium ſucceſſerat.

ANNOTATIONES.

Irenæus Pothini Epiſcopi: Sophronius etiam habet ποθεινοῦ, vt & m.ſ. cod. Gembla. cæteri omnes m.ſ. codices noſtri Photini legunt, nos nihil mutamus. Ad Eleutherium, cod. Gembla. habet Eleutherum, quibus & ſubſcribit Lypſius, vt & ſupra, ſicut & Sophronius. & περὶ τῶν ὀγδοαδῶν egregium Commentarium, Lypſius ex m.ſ. ſuis adnotauit, & de ogdoade egregium σύνταγμα: quam lectionem habet & codex Gemblacenſis, niſi quòd pro ogdoade perperam legat, octaua Paulo autem ſuperius pro eo quod communiter legitur, ad Martianum fratrem, cod. m.ſ. Sigebergen. legit, & ad Martionis fraudem.

Caput xxxvi.

Anno Domini 215.

PAntænus Stoicæ ſectæ Philoſophus, iuxta quandam veterum in Alexan-

Alexandria consuetudinē, vbi à Marco Euangelista semper Ecclesiastici fuêre Doctores, tantæ prudentiæ & eruditionis tam in scripturis Diuinis quàm in seculari literatura fuit, vt in Indiam quoque rogatus ab illius gentis legatis, à Demetrio Alexandriæ Episcopo mitteretur, vbi reperit Bartholomæum de duodecim Apostolis vnū, aduentum Domini nostri Iesu Christi iuxta Euangelium prædicasse, quod Hebraicis literis scriptum, reuertens Alexandriam, secum detulit. Huius multi quidem in sanctam scripturam extant commentarij, sed magis viua voce Ecclesijs profuit. Docuitque sub Seuero principe, & Antonino cognomento Caracalla.

Caput xxxvij.

RHodon genere Asianus, à Tatiano, de quo suprà diximus, Romæ in scripturis eruditus, edidit plurima, præcipuumque aduersus Marcionem op⁹, in quo refert, quomodo ipsi quoque inter se Marcionitæ discrepent: & Apellem

Anno Domini 200. Trith.

Appellem ſenem alium hæreticum, à ſe quondam fuiſſe conuentum, & riſui habitum, eo quod Deum quem coleret, ignorare ſe diceret. Meminit in eodem libro, quem ſcripſit ad Calliſtionem, Tatiani ſe Romæ fuiſſe auditorem. Sed & in Hexaëmeron elegantes tractatus compoſuit, & aduerſum Phrygas inſigne opus: Temporibuſq; Commodi & Seueri floruit.

ANNOTATIONES.

Conuentum, Sigebergen. m. ſ. cod. habet conuictum, Phrygas, idem Sigebergen. cod. habet Cataphrygas.

Caput xxxviij.

Anno Domini 200. Tritth.

CLemens Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter Pantæni, de quo ſupra retulimus, auditor, poſt eius mortem Alexandriæ Eccleſiaſticam Scholam tenuit, & κατηχήσεων magiſter fuit. Ferũtur eius inſignia volumina, plenaque eruditionis & eloquentiæ, tam de ſcripturis diuinis quam de ſecularis literaturæ inſtrumento. E quibus illa ſunt Στρωματεῖς, libri octo: ὑποτυπώσεων libri

octo:

octo: Aduerſus gentes liber vnus: Pædagogi libri tres: De Paſcha liber vnus: De Ieiunio diſceptatio; & alius qui inſcribitur, Quiſnam diues ille ſit, qui ſaluetur. De obtrectatione, liber vnus: De canonibus eccleſiaſticis, & aduerſus eos, qui Iudæorum ſequuntur errorem liber vnus, quem propriè Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo προσεφώνησεν. Meminit autem in Stromatibus ſuis voluminis Tatiani aduerſus Gentes, de quo ſupra diximus, & Caſſiani cuiuſdam χρονογραφίας, quod opuſculum inuenire nõ potui. Necnon & de Iudæis Ariſtobulum quendam & Demetrium, & Eupolemum ſcriptores aduerſus gentes refert, qui in ſimilitudinem Ioſephi ἀρχαιογονίας, Moyſi & Iudaicæ gentis aſſeruerint. Extat Alexandri Hieroſolymitarum Epiſcopi, qui cum Narciſſo poſtea rexit Eccleſiã, epiſtola ſuper ordinatiõe Aſclepiadis Confeſſoris ad Antiochenſes congratulantis eis, in qua ponit in fine: Hæc vobis Domini ac fratres ſcripta tranſmiſi per Clemen-

tem beatum presbyterum virum illustrem & probatum: quem vos quoque scitis, & nunc plenius cognoscetis, qui cum huc venisset iuxta prouidentiam & visitationem Dei, confirmauit & auxit Domini Ecclesiam. Constat Origenem antè huius fuisse discipulum. Floruit autem Seueri & Antonini filij eius temporibus.

ANNOTATIONES.

De ieiunio disceptatio: Gembl. & Afflig. cod: habet disputatio, cui proximè conuenit apud Sophronium διάλεξις: *Sigebergen. m. s. cod. ita legit, De ieiunio, liber vnus; De Disceptatione, liber vnus.*

Caput xxxix.

Anno Domini 170. Trith.

MIltiades, cuius Rhodon in opere suo, quod aduersus Montanũ Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur, scripsit cõtra eosdem volumen præcipuum, & aduersus gentes, Iudæosque libros alios, & Principibus illius temporis Apologeticum dedit. Floruit autem M. Antonini Cõmodi temporibus.

ANNOTATIONES.

Cuius Rhodon in opere suo: legendum apparet inquit Lypsius, Cuius Apollinarius in opere suo, &c. Non enim de Rhodone hoc scribit Eusebius libr. 4. cap. 17. Sed de Apollinario. Priscillam, Erasmus adnotauit Sophronium, constanter habere Priscillam, m.s. verò codices suos habere Priscam, omnes m.s. nostri conueniunt: Hunc autem authorem Tritth. perperam appellat Melciaden.

Caput xl.

APollonius vir disertissimus scripsit aduersus Montanum, Priscillam & Maximillam insigne & lōgum volumen, in quo asserit Montanum & insanas vates eius perisse suspendio: & multa alia, in quibus de Priscilla & Maximilla refert, dicens: Si negant eas accepisse munera, confiteantur non esse Prophetas qui accipiunt: & mille hoc testibus approbabo. Sed & ex alijs fructibus probātur Prophetæ. Dic mihi, crinem fucat Prophetes? stybio oculos linit Prophetes: vestibus & gemmis ornatur? Prophetes tabula ludit An. D. 180. Tritth.

 & tesse-

qui persecutionis tempore ad Iudæos declinauerat, volumen composuit, & alium de Euangelio, quod sub nomine Petri fertur, librum ad Rhosensem Ciliciæ Ecclesiam, quæ in hæresim eius lectione diuerterat. Leguntur & sparsim eius breues Epistolæ, auctoris sui ἀσκήσει, & vitæ congruentes.

ANNOTATIONES.

Ad Carinum & Pontium; Sic etiam Sophronius: cod. Gembl. habet Ponticium: nos nihil mutamus. cod. Sigebergen. habet Pontum.

Caput xlij.

APollonius Romanæ vrbis Senator, sub Commodo Principe à seruo Seuero proditus, quod Christianus esset, impetrato vt rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit, & nihilominus sententia senatus pro Christo, capite truncatus est, veteri apud eos obtinente lege, absque negatione non dimitti Christianos, qui semel ad eorum Iudicium pertracti essent.

Anno Domini 190. Trith.

ANNOTATIONES.

Imperato: Hic etiam Sophronius ἐπιταγεὶς: *Lypsius ex Hildessemensi m.s.cod. legit impera to, cui consentiunt & nostri cod. m.s. Gembla & Martinensis: eamque lectionem Tertullianus probat. ex quo Hieronymus hanc historiam videtur esse mutuatus.*

Caput xliij.

An. Dom. [illegible]o. THEophilus Cæsareæ Palestinæ (quę olim Turris Stratonis vocabatur) Episcopus, sub Seuero Principe aduersus eos qui decimaquarta Luna cum Iudæis Pascha faciebant, cum cæteris Episcopis Synodicam & valdè vtilem composuit epistolam.

Caput xliiij.

Anno Domini 200. BAcchylus Corinthi Episcopus, sub eodē Seuero Principe clarus habitus, de Pascha ex omniū, qui in Achaia erant Episcoporum persona, elegantem librum scripsit.

Caput xlv.

POlycrates Ephesiorum Episcopus cum cæteris Episcopis Asiæ, qui iuxta quandam veterem consuetudinem cum Iudæis, decimaquarta Luna Pascha celebrabant, scripsit aduersus Victorem Episcopum Romanum epistolam synodicam, in qua docet se Apostoli Ioannis,& veterum auctoritatem sequi, de qua hæc pauca excerpsimus.Nos igitur inuiolabilem celebramus diem,neque addentes aliquid neque dementes. Etenim in Asia luminaria maxima dormierunt, quæ resurgent in die Domini, quando venturus est de cælis in Maiestate sua,& susci taturus omnes sanctos,Philippum loquor de duodecim Apostolis,qui dormiuit Hierapoli, & duas filias eius, quæ virgines senuerunt: & aliam eius filiam, quæ spiritu sancto plena in Epheso occubuit.Sed & Ioannes qui super pectus Domini recubuit,& Pontifex fuit,auream laminam in frõte portans,martyr & doctor in Epheso dor- An.Dom. 200.

miuit: & Polycarp⁹ Epiſcop⁹ & Martyr Smyrnę cubat. Thraſeas quoq; Epiſcop⁹ & Martyr de Eumenia in eadē Smyrna requieſcit. Quid neceſſe eſt Sagaris Epiſcopi & Martyris recordari, qui in Laodicea ſoporatur: & Papyrij beati, & Melitonis in ſancto ſpiritu Eunuchi, qui ſemper Domino ſeruiens, poſitus eſt in Sardis, & expectat in Aduentu eius reſurrectionem? Hi omnes obſeruauerunt Paſchę diem decimaquarta Luna ab Euangelica traditione in nullam partem declinantes, & Eccleſiaſticum ſequentes Canonem. Ego quoque minimus omnium veſtrum Polycrates, ſecundum doctrinam propinquorum meorum, quos & ſecutus ſum (ſeptem ſiquidem fuerūt propinqui mei Epiſcopi, & ego octauus) ſemper Paſcha celebraui, quando populus Iudæorum Azyma faciebat. Itaq; fratres ſexagintaquinq; annos ętatis meę habens in Domino, & à multis ex toto orbe fratribus eruditus, peragrata omni ſcriptura, non formidabo eos, qui nobis minantur. Dixerunt enim maiores mei; Obedire Deo magis oportet

tet, quam hominibus. Hæc propterea posui, vt ingenium & authoritatem viri ex paruo opusculo demōstrarem. Floruit temporibus Seueri Principis, eadem ætate qua Narcissus Hierosolymæ.

ANNOTATIONES.

Elementa maxima: Sic legunt plerique cod. Sigeberg. habet melius, luminaria maxima.

Caput xlvi.

Heraclius sub Commodi Seueriq; Imperio in Apostolum commētarios composuit. Anno Domini 200.

ANNOTATIONES.

Quartiniensis codex m. s. hunc vocat Heraclium, cæteri nostri Heraclitum.

Caput xlvij.

Maximus sub ijsdem Principibus famosam quæstionē insigni volumine ventilauit, vnde malum, & qđ materia à Deo facta sit. Anno Domini 200.

Caput xlviij.

Candidus, regnantibus supra scriptis in Hexamaëron pulcherrimos tractatus edidit. Anno Domini 200.

Caput

Caput xlix.

Anno Domini 200. APpion sub Seuero Principe, similiter in Hexameron tractatus fecit.

ANNOTATIONES.

Hic apud Honorium dicitur Appius.

Caput L.

Anno Domini 200. SExtus sub Imperatore Seuero librum de resurrectione scripsit.

Caput li.

Anno Domini 200. BRabianus sub eodem Principe ędidit quædam opuscula ad Christianum dogma pertinentia.

ANNOTATIONES.

Hunc m.s.codices nostri Arabianum vocant: Sicut & Honorius, astipulante Erasmo contra Sophronium.

Caput lij.

Anno Domini 200. IVdas de septuaginta apud Danielem hebdomadibus plenissimè disputauit, & Chronographiam superiorum temporum vsque ad decimum Seueri perduxit annum. In qua erroris arguitur, quod aduentum Antichristi

circa

circa ſua tempora futurum eſſe dixerit: ſed hoc ideo, quia magnitudo perſecutionum præſentem mundi minabatur occaſum.

ANNOTATIONES.

Seueri: ita pleriq́ue omnes: Sigebergen. habet Seueri Pertinacis.

Caput liij.

TErtullianus presbyter, nunc demum primus poſt Victorem & Apollonium Latinorum ponitur, prouinciæ Africæ, ciuitatis Carthaginenſis, patre Centurione proconſulari, hic acris & vehementis ingenij, ſub Seuero Principe & Antonino Caracalla maximè floruit, multaque ſcripſit volumina: quæ quia nota ſunt pluribus, prætermittimus, Vidi ego quendam Paulum Concordiæ, quod Oppidum Italiæ eſt, ſenem, qui ſe beati Cypriani, iam grandis ætatis Notarium, cum ipſe admodum eſſet adoleſcens, Romæ vidiſſe diceret, referreque ſibi ſolitum, nunquam Cyprianum abſq; Tertul-

Anno Domini 200. Tritth.

Tertulliani lectione vnam diem præteriſſe, ac ſibi crebro dicere: Da magiſtrum, Tertullianum videlicet ſignificans. Hic cum vſque ad mediam ætatem presbyter Eccleſiæ permanſiſſet, inuidia poſtea & contumelijs clericorum Romanæ Eccleſiæ, ad Montani dogma delapſus, in multis libris nouæ Prophetiæ meminit: ſpecialiter autem aduerſum Eccleſiam texuit volumina: De pudicitia, De perſecutione, De ieiunijs, De monogamia, De extaſi libros ſex, & ſeptimum, quẽ aduerſum Apollonium compoſuit. Ferturque vixiſſe vſque ad decrepitam ætatem, & multa quæ non extant opuſcula condidiſſe.

ANNOTATIONES.

Concordiæ quod oppidum Italiæ eſt: Gembl. cod. m.ſ. habet, Concordiæ oppido Italiæ, quam phraſin & Sophronius retulit. Da magiſtrum: codex Gembl. particulam Da, non habet, quæ phraſis magis videtur emphatica; tametſi Sophronius habeat ἐπιδός.

Caput liiij.

Anno Domini 281 Tritth.

ORigenes, qui & Adamantius, decimo Seueri pertinacis annó aduerſum

uerſum Chriſtianos perſecutiõe commota, Leonide Patre, Chriſti martyrio coronato, cum ſex fratribus, & matre vidua, pauper relinquitur, annos nat⁹ circiter decem & ſeptem. Rem enim familiarem ob confeſſionem Chriſti, fiſcus occupauerat. Hic Alexandriæ diſperſa Eccleſia, decimooctauo ætatis ſuæ anno κατηχήσεων opus aggreſſus: poſtea à Demetrio, eius vrbis Epiſcopo, in locum Clementis presbyteri confirmatus per multos annos floruit: & cum iam mediæ eſſet ætatis, & propter Eccleſias Achaiæ, quæ pluribus hæreſibus vexabantur, ſub teſtimonio Eccleſiaſticæ Epiſtolæ Athenas Per Palæſtinam pergeret, à Theoctiſto & Alexandro, Cæſareæ & Hieroſolymorum Epiſcopis, presbyter ordinatus, Demetrij offendit animum, quin tanta in eum debachatus eſt inſania, vt per totum mundum ſuper nomine eius ſcriberet. Conſtat eum antequam Cæſaream migraret, fuiſſe Romæ ſub Zephyrino Epiſcopo, & ſtatim Alexandriam reuerſum, Heraclan presbyterum

qui

qui ſub habitu Philoſophi perſeuerabat, adiutorē ſibi feciſſe κατηχήσεως, qui quidem & poſt Demetrium Alexandrinam tenuit eccleſiam. Quantæ autem gloriæ fuerit, hinc apparet, quod Firmillianus Cæſareæ Epiſcopus cum omni Cappadocia eum inuitauit, & diù tenuit, & poſteà ſub occaſione ſanctorum locorum Palęſtinam veniens, diù Cæſareæ in ſanctis ſcripturis ab eo eruditus eſt: ſed & illud, quod ad Mămeam matrem Alexandri Imperatoris religioſam fœminam, rogatus venit Antiochiam, & ſummo honore habitus eſt, quodq; ad Philippum Imperatorem, qui primus de Regibus Romanis Chriſtianus fuit, & ad matrę eius literas fecit, quæ vſque hodie extant: quis ignorat? & quod tantum in ſcripturis diuinis habuerit ſtudij, vt etiam Hebræam linguam, contra ætatis gentiſque ſuæ naturam ediſceret: & exceptis ſeptuaginta interpretibus, alias quoque editiones in vnum congregaret volumen, Aquilæ ſcilicet Pōtici proſelyti, & Theodotionis Hebionei, & Symmachi eiuſdem dogmatis,

qui

qui in Euangelium quoque κατὰ ματ-θαῖον scripsit commentarios, de quo & suum dogma cõfirmare conatur. Præterea quintam,& sextam,& septimam editionem; quas etiam nos de eius bibliotheca habemus,miro labore reperit,& cum cęteris editionibus comparauit.Et quia indicem operum eius in voluminibus epistolarum; quas ad Paulam scripsimus,in quadam Epistola contra Varronis opera conferens posui,nunc omitto : illud de immortali eius ingenio non tacẽs, quod Dialecticam quoque & Geometriam, & Astronomiam,& Arithmeticam,Musicam,Grammaticam & Rhetoricam; omniumq; philosophorum sectas, ita didicit,vt studiosos quoque seculariũ literarum sectatores haberet; & interpretaretur eis quotidie; concursusque ad eum miri fierẽt: quos ille propterea recipiebat,vt sub occasione sæcularis literaturæ, in fide Christi eos institueret. De crudelitate autem persecutionis,quæ aduersum Christianos sub Decio consurrexit,eo quod in religionem Philippi deseuiret,quem & interfecit;

fecit, superfluum est dicere, cum etiam Fabianus Romanæ Ecclesię Episcopus in ipsa occubuerit, & Alexander, Babylasque Hierosolymorum & Antiochenæ Ecclesiæ Pontifices in carcere pro confessione Christi dormierint. Et super Origenis statu, si quis scire velit, quid actum sit, primum quidem de epistolis eius, quæ post persecutionem ad diuersos missæ sunt: Deinde & de sexto Eusebij Cæsariensis Ecclesiasticæ historiæ libro, & pro eodem Origine in sex voluminibus, possit liquidò cognoscere. Vixit vsq; ad Gallum & Volusianum, id est, vsq; ad lxix. ætatis suæ annum, & mortuus est Tyri, in qua vrbe & sepultus est.

ANNOTATIONES.

Firmillianus: Sigebergensis cod. m. s. habet Firmianus.

Caput lv.

An. D. 230 Tritth.

AMmonius vir disertus & valdè eruditus in Philosophia, eodem tempore Alexādriæ clarus habitus est: qui inter multa ingenij sui & præclara mo-

ra monumenta, etiam de consonantia Moysi & Iesu elegans opus composuit, & Euangelicos Canones excogitauit, quos postea sequutus est Eusebius Cæsariensis. Hunc falso accusat Porphyrius, quod ex Christiano Ethnicus fuerit, cum constet eum vsque ad extremam vitam Christianum perseuerasse.

Caput lvi.

Ambrosius primum Marcionites, deinde ab Origene correctus, Ecclesiæ Diaconus, & confessionis Dominicæ gloria insignis fuit, cui pro Theoctisto presbytero liber Origenis de Martyrio scribitur. Huius industria & sumptu & instātia, ad hunc infinita Origenes dictauit volumina. Sed & ipse quippe vt vir nobilis, non inelegantis ingenij fuit, sicut eius ad Originem epistolæ indicio sunt. Obijt ante mortem Origenis: & in hoc à plerisque reprehenditur, quod vir locuples, amici sui senis & pauperis moriens non recordatus sit.

Anno Domini 230. Trith.

Caput lvij.

Anno Domini 230. Trith.

TRyphon Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant Epistolæ, in scripturis eruditissimus fuit, quod quidem & multa eius sparsim ostendunt opuscula: sed præcipuè liber quem cōposuit de vacca ruffa, in Deuteronomio, & de Dichotomematib⁹, quæ cum columba & turture Abrahā ponuntur in Genesi.

Caput lviij.

An D. 230 Trith.

MInutus fœlix, Romæ insignis causidicus scripsit Dialogum Christiani & Ethnici disputantium, qui Octauius inscribitur: sed & alius sub nomine eius fertur de fato, vel cōtra Mathematicos, qui cum sit & ipse diserti hominis, non mihi videtur cū superioris libri stylo conuenire. Meminit huius Minutij, & Lactantius in libris suis.

ANNOTATIONES.

Ethnici: Sigebergen. cod. habet Hæretici; sed minus rectè.

Caput

Caput lviiij.

GAius ſub Zephyrino Romanę vrbis Epiſcopo, id eſt, ſub Antonino Seueri filio, diſputationem aduerſum Proculum, Montani ſectatorem, valde inſignem habuit, arguens eum temeritatis, ſuper noua prophetia defendenda: & in eodem volumine Epiſtolas quoque Pauli, tredecim tantum enumerans, decimamquartam, quæ fertur ad Hebræos, dicit non eius eſſe, ſed & apud Romanos vſq; hodiè quaſi Pauli Apoſtoli non habetur. An.D.230

Caput lx.

BEryllus Arabiæ Boſtrenus Epiſcopus, cum aliquanto tempore gloriosè rexiſſet Eccleſiam, ad extremum lapſus in Hęreſim, quę Chriſtũ antè incarnationem fuiſſe negat, ab Origene correct⁹, ſcripſit varia opuſcula: & maximè epiſtolas, in quibus Origeni gratias agit: ſed & Origenis ad eum literæ ſunt. Extat dialogus Origenis & Berylli, in quo hæreſeos coarguitur. Claruit An.D.235. Tritth.

fuit autem ſub Alexandro Mameæ filio, & Maximino & Gordiano, qui ei in Imperium ſucceſſerunt.

ANNOTATIONES.

Beryllus Arabiæ Boſtreni Epiſcopus: Gembla. cod. habet Beryllus Arabs, &c.

Caput lxi.

An.D. 220 Trith. Hippolytus cuiuſdam Eccleſię Epiſcopus (nomen quippe vrbis ſcire non potui) rationem Paſchæ temporumque Canones ſcripſit, vſque ad primum annum Alexandri Imperatoris, & ſedecim annorum circulum, quem Gręci ἑκκαιδεκαετηρίδα vocãt reperit: & Euſebio, qui ſuper eodem Paſcha Canonem, decem & nouem annorum circulum, id eſt, ἐννεακαιδεκαετηρίδα compoſuit, occaſionem dedit: Scripſit nonullos in ſcripturas commentarios, è quibus hos reperi, in ἑξαήμερον, & in Exodũ & in Cantica Canticorum, in Geneſin, & in Zachariam: De Pſalmis, & in Eſaiam, in Danielem, in Apocalypſin, in prouerbia, in Eccleſiaſtẽ, de Saul & Pythoniſſa, de Antichriſto, de Reſurrectione, contra Marcionem, de Paſcha aduerſum

uersum omnes hæreses, & πρὸς ὁμιλιῶν, de laude Domini Saluatoris, in qua præsente Origene, se loqui in Ecclesia significat, in huius æmulationem. Ambrosius, quem de Marcionis hæresi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus est Origenē in scripturas Cōmentarios scribere, præbens ei septem & eò ampliùs notarios, eorumque expensas, & his librariorum parē numerum: quodq; his maius est, incredibili studio quotidiè ab eo opus exigens. Vnde in quadam epistola ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat.

Caput lxij.

Alexander Episcopus Cappadociæ, cùm desiderio sanctorum locorum Hierosolymam pergeret, & Narcissus Episcopus eiusdem vrbis, iā senex regeret Ecclesiam, & Narcisso, & multis clericis eius reuelatum est, altera die manè intrare Episcopū, qui adiutor sacerdotalis Cathedrę esse deberet. Itaq; re ita completa, vt prædicta fuerat, cunctis in Palæstina Episcopis in vnum congregatis, adnitente An. D. 250 Tritth.

quoq; ipſo vel maximè Narciſſo, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ cum eo gubernaculum ſuſcepit. Hic in fine cuiuſdã Epiſtolæ, quam ſcribit ad Antinoitas ſuper pace Eccleſiæ ait: Salutat vos Narciſſus, qui ante me hic tenuit Epiſcopalem locum, & nunc mecum eundem orationibus regit, annos natus circiter centum ſedecim, & vos, mecũ precatur, vt vnum idemque ſapiatis. Scripſit & aliam ad Antiochenſes per Clementem presbyterum Alexãdriæ, de quo ſupra diximus: necnon ad Originem, & pro Origine contra Demetrium, eo quod iuxta teſtimonium Demetrij, eum presbyterum cõſtituerit. Sed & aliæ eius ad diuerſos feruntur Epiſtolæ. Septima autem perſecutione ſub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ paſſus eſt, ductus Cæſaream, & clauſus in carcere, ob Confeſſionẽ Chriſti Martyrio coronatur.

Caput lxiij.

Au.D. 220 Tritth. IVlius Africanus, cuius quinque de temporibus extant volumina, ſub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui

qui Macrino ſucceſſerat, legationem pro inſtauratione vrbis Emmaus ſuſcepit, quæ poſtea Nicopolis appellata eſt: Huius eſt Epiſtola ad Originē ſuper quæſtione Suſannæ, eo quod dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi nec conuenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, ϰ̀ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, cōtra quē doctam epiſtolā ſcribit Origenes. Extat eius ad Ariſtidem altera epiſtola, in qua ſuper διαφωνίᾳ, quæ videtur eſſe in Genealogia Saluatoris apud Matthæum & Lucā pleniſſimè diſputat.

Caput lxiiij.

GEminus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, florens ſub Alexandro Principe & Epiſcopo vrbis ſuæ Zebēno, eo vel maximè tempore, quo Heraclas Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex ordinatus eſt. Anno Domini 230.

ANNOTATIONES.

Eusebius in Chronicis hunc scriptorem vocat Geminianum, & vrbem, Zebinum: codex Gemblacensis eum perperam vocat Eminum, & historiam eius in præcedenti confundit.

Caput lxv.

Anno Domini 240.

THeodorus, qui postea Gregorius appellatus est, Neocæsareæ Ponti Episcopus, admodum adolescens, ob studia Græcarum & Latinarum literarum de Cappadocia Berytum, & inde Cæsaream Palæstinæ transijt, iuncto sibi fratre Anthenodoro. Quorum cũ egregiam indolem vidisset Origenes, hortatus est eos ad philosophiam, in qua paulatim Christi fidem subintroducens, sui quoq; sectatores reddidit. Quinquennio itaque eruditi ab eo remittuntur ad matrem, è quibus Theodorus proficiscens, πανηγυρικὸν ἐυχαριςίας scripsit Origeni, & conuocata grandi frequentia, ipso quoque Origene præsente recitauit, qui vsque hodiè extat. Scripsit & μετάφρασιν in Ecclesiasten breuem quidem, sed valdè vtilem. Et aliæ huius vulgò ferunter epistolæ, &

de fide,sed præcipuè signa atq; miracu la,quæ iam Episcopus cum multa Ecclesiarum gloria perpetrauit,extant.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc scriptorem non agnoscit. ad matrem: Lypsius ex Suida legit ad patriam.

Caput lxvi.

Cornelius Romanæ vrbis Episcopus,ad quem octo Cypriani extant Epistolę,scripsit epistolam ad Flauianum Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum,de synodo Romana, Italica, & Aphricana,& aliam de Nouatiano, & de his qui lapsi sunt, tertiam de gestis Synodi:quartam ad eundem Flauianũ valde prolixam, & Nouatianæ hæreseos causas & anathema continẽtem. Rexit Ecclesiã annis duobus sub Gallo & Volusiano,cui ob Christum martyrio coronato successit Lucius. A. D.255. Trith.

ANNOTATIONES.

Ad Flauianum, Euseb. cap.43. hunc Fabium appellat;ita Lypsius cũ quo cõsentit & cod. Martinianus. Infra aũt in Dionysio cũ omnia m.s. exẽplaria

plaria nostra Fabium vocant. vide cap. 69. Sigebergen. etiam Fabium nominat.

Caput lxvij.

An. D. 249. Tritth. CYprianus Afer, primum gloriosè Rhetoricam docuit: exinde suadente presbytero Cecilio, à quo & cognomentum sortitus est, Christianus factus, omnem substãtiam suam pauperibus erogauit, ac post nõ multum temporis electus in presbyterum, etiam Episcopus Carthaginensis constitutus est. Huius ingenij superfluum est indicem texere, cum sole clariora sint opera. Passus est sub Valeriano & Galieno Principibus, persecutione octaua, eodem die quo Romæ Cornelius, sed non eodem anno.

Caput lxviij.

An. D. 240 Tritth. POntius Diaconus Cypriani vsque ad diem passionis eius cum ipso exilium sustinens egregium volumen vitæ & passionis Cypriani reliquit.

ANNOTATIONES.

Hunc Gembla. cod. m. ſ. Pontinum vocat.

Caput lxix.

DIonyſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus ſub Heracla ſcholam κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis valdè inſignis auditor fuit. Hic in Cypriani & Africanę ſynodi dogma conſentiens, de hæreticis rebaptizãdis ad diuerſos plurimas miſit Epiſtolas, q̃ vſq; hodiè extant: & ad Flauianũ Antiochenę vrbis Epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, & ad Romanos per Hyppolitum alteram: ad Xyſtum qui Stephano ſucceſſerat, duas epiſtolas: & ad Philemonem, & ad Dionyſium Romanæ Eccleſiæ presbyteros duas Epiſtolas: & ad eundem Dionyſium poſtea Romæ Epiſcopum vnã, & ad Nouatianũ vnã cauſantẽ, quod inuit⁹ Romę Epiſcop⁹ ordinatus eſſet: cuius Epiſtolæ hoc exordium eſt. Dionyſius Alexandrinus Epiſcopus Nouatiano fratri ſalutem: Nolens ne, ad ſacerdotium fueris inductus, ita demum oſtendes; ſi volẽs ceſſeris; An. D. 255. Tritth.

ſeris. Nam oportuit quiduis etiam hac gratia perpeti, ne diſcinderetur Eccleclesia Dei. Neque minus præclarum ex hoc contigiſſet teſtimonium, quod noluiſſes diſſidium inducere, quàm proficiſci ſolet ex eo, ſi quis recuſet ſimulachris immolare: atque adeo præclarius etiam, mea quidem ſententia. ſiquidem illic vni propriæque conſulitur animæ: hic totius eccleſiæ negotiũ agitur. Tametſi nunc quoque ſi perſuaſeris, ſi compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, quàm peccaris errato. Atque hoc quidem haud imputabitur, illud verò laudibꝰ feretur. Cæterum, ſi non obtemperantibus illis minus aſſequeris quod vis, tamen fac modis omnibus, vt tuam ipſius ſerues animam. Eſt eius ad Dionyſium & ad Didymũ altera epiſtola, & ἑορταστικαὶ, de Paſcha plurimæ declamatorio ſermone conſcriptæ, & ad Alexandrinam Eccleſiam de exilio: & ad Heraclam in Aegypto Epiſcopum: & alia de mortalitate, & de Sabbatho, & περὶ γυμνασίου, & ad Hermammonem & alia de perſecutione Decij, & duo libri

libri aduersum Nepotem Episcopum, qui mille annorum corporale Regnum suis scriptis asseuerat: in quibus & de Apocalypsi Ioannis diligentissimè disputat. Et aduersum Sabellium, & ad Ammonem Beronices Episcopum, & ad Telesphorum, & ad Euphranorem, & quatuor libri ad Dionysium Romanæ vrbis Episcopum, & ad Laodicenses de pœnitentia. Item ad Cononem de pœnitentia, & ad Origenem de Martyrio. Ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum, de natura ad Timotheum, de tentationibus ad Euphranorem: ad Basilidem quoque multæ Epistolæ, in quarum vna se asserit, etiam in Ecclesiasten cœpisse scribere Commentarios. Sed & aduersus Paulũ Samosatenum, ante paucos dies quam moreretur, insignis eius fertur Epistola. Moritur 12. Galieni anno.

ANNOTATIONES.

Et ad Flauianum: omnes m. s. codices nostri habent constanter ad Fabium: vide supra in in Cornelio. cap. 66.

Alexan-

Alexandrinus Episcopus, Hæc verba in epigrapha, cod. Sigeberg. non habet, & videtur ab inepto quopiam esse expleta. Nolens ne &c. hæc verba idem cod. Sigebergensis ita habet: Si inuitus, vt dicis, ordinatus es, probabis, cum volens recesseris: Galieni: cod. Sigebergensis habet Galieni & Valeriani anno.

Caput lxx.

An.D.250 Tritth. NOuatianus Romanæ vrbis presbyter, aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, Nouatianorum, quod Græcè dicitur καθαρὸν, dogma constituit, nolens Apostatas suscipere pœnitentens. Huius author Nouatus Cypriani presbyter fuit. Scripsit autem de Pascha; de Sabbatho; De Circuncisione, De Sacerdote, De Oratione, De Cibis Iudaicis, De Instantia, De Attalo, multaque alia, & de Trinitate grande volumen, quasi ἐπιτομὴν, operis Tertulliani faciēs; quod plerique nescientes; Cypriani existimant.

ANNOTATIONES.

Hunc Scriptorem Honorius Donatum appellat.

Caput

Caput lxxi.

MAlchion diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, quippe qui in eadem vrbe Rhetoricam florentiſſimè docuerat aduerſum Paulum Samoſatenum: qui Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopus dogma Artemonis inſtaurarat, excipientibus notarijs diſputauit, qui Dialogus vſque hodiè extat. Sed & alia grandis epiſtola ex perſona Synodi ab eo ſcripta ad Dionyſium & Maximum Romanę & Alexandriæ Eccleſiæ Epiſcopos dirigitur. Floruit ſub Claudio & Aureliano principibus. Anno Domini 270. Tritth.

Caput lxxij.

ARchelaus Epiſcopus Meſopotamiæ, librum diſputationis ſuæ, quam habuit aduerſum Manichæum exeuntem de Perſide, Syro ſermone cō poſuit, qui tranſlatus in Gręcum habetur à multis. Claruit ſub Imperatore Probo, qui Aureliano Tacito ſucceſſerat. An. D. 280 Trith.

Caput lxxiij.

Anno Domini 285. Tritth.

ANatolius Alexandrinus, Laodiciæ Syriæ Episcopus, sub Probo & Caro Imperatoribus floruit, miræ doctrinæ vir fuit in Arithmetica, Geometria, Astronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica. Cuius ingenij magnitudinem de volumine, quod super Pascha composuit, & decem libris de Arithmeticæ institutionibus intelligere possumus.

Caput lxxiiij.

Anno Domini 270. Tritth.

VIctorinus Pitabionensis Episcopus non æquè Latinè vt Græcè nouerat. Vnde opera eius grandia sensibus, viliora videntur compositione verborum. Sunt autem hæc: Commētarij in Genesim, in Exodum, in Leuiticum, in Esaiam, in Hiezechiel, in Habacuc, in Ecclesiasten, in Cantica Canticorum, in Apocalypsim Ioannis, aduersum omnes hæreses: & multa alia. Ad extremum martyrio coronatus est.

Anno-

ANNOTATIONES.

Omnia exemplaria excusa & m.s. hunc vocāt Pitabionensem, Honorius vocat Pictauiensem.

Capur lxxv.

PAmphilus presbyter, Eusebij Cæsariensis Episcopi necessarius, tanto Bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum sua manu descripserit, quæ vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca habentur, sed & in duodecim Prophetas vigintiquinque ἐξηγήσεων, Origenis volumina, manu eius exarata reperi, quæ tanto amplector & seruo gaudio, vt Crœsi opes habere me credam. Si enim lætitia est, vnam epistolam habere Martyris, quanto magis tot milia versuum, perquę mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia? Scripsit antequam Eusebius Cæsariensis scriberet Apologeticum pro Origene, & passus est Cæsareæ Palestinæ sub persecutione Maximini. An D.240 Trith.

ANNOTATIONES.

Per quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigia: hæc sententia Gembl. cod. ita est, quæ mihi videtur sui sanguinis signasse vestigijs etc. quā lectionem & Lypsius ex m. s. suis adnotauit. Scripsit antequam Eusebius scriberet Apologeticum pro Origene: Quid de hoc opere tandem percepta fraude scripserit Hieronymus (inquit Lypsius) vide tomo 2. pag. 226. & eiusdem tomi pag. 195. ac rursum eodem tomo. pag. 201.

Caput lxxvi.

Anno Domini 290. Tritth.

PIerius Alexandriæ Ecclesiæ presbyter, sub Caro & Diocletiano Principibus, eo tempore quo eandem Ecclesiam Theonas Episcop9 regebat, florentissimè docuit populos, & in tātam sermonis, diuersarumque tractatuum, qui vsque hodiè extant, venit elegantiam, vt Origenes iunior vocaretur. Constat hunc miræ ἀσκήσεως, & appetitorem voluntariæ paupertatis, scientissimumq; Dialecticę & Rhetoricę artis, & p ostpersecutionem omne vitæ suæ tempus Romæ fuisse versatum. Huius est longissimus tractatus in prophetam

phetam Oseę, quē in peruigilio Paschę habitum, ipse sermo demonstrat.

Caput lxxvij.

LVcianus vir disertissimus, Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, tantum in scripturarum studio laborauit, vt vsque nunc quædam exemplaria scripturarum, Lucianea nuncupentur. Feruntur eius de fide libelli, & breues ad nonnullos epistolæ. Passus est Nicomediæ ob Confessionem Christi, sub persecutione Maximini, sepultusq; Helenopoli Bithyniæ. An.D.240 Tritth.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc etiam postea Nicomediæ Episcopum fuisse addit: quem & Iohannes Tritthemius secutus est; cum interim eum nunquam Episcopum fuisse satis constet ex Martyrologijs. cod. m. s. Sigeberg. ibi presbyter addit, primo dum Nicomediæ Episcopus, tantum, &c.

Caput lxxviij.

PHileas de vrbe Aegypti, quę vocatur Thmuis nobili genere, & non paruis opibus, suscepto Episcopatu, e- An.D.240 Tritth.

elegantissimum librum de Martyrum laude composuit: & disputatione actorum habita aduersum Iudicem, qui eum sacrificare cogebat, pro Christo capite truncatur, eodem in Aegypto persecutionis auctore, quo Lucianus Nicomediæ.

ANNOTATIONES.

Martinienfis codex m. f. pro Thmuis, habet Theoais, vt & Sigeberg. cod. m. f.

Caput lxxix.

Anno Domini 300 Trith.

ARnobius sub Diocletiano Principe Siccæ apud Aphricam florentissimè Rhetoricam docuit, scripsitque aduersum Gentes, quę vulgò extāt volumina.

Caput lxxx.

An. D. 320 Trith.

FIrmianus, qui & Lactantius, Arnobij discipulus, sub Diocletiano Principe accitus cum Flauio Grammatico, cuius de Medicinalibus versu compositi extant libri. Nicomediæ Rhetoricam docuit, & penuria discipulorum, ob Gręcam videlicet ciuitatem, ad scribendum se contulit. Habemus

mus eius symposium, quod adolescentulus in scholijs scripsit Aphricæ, & ὁδοιπορικὸν de Aphrica vsq; Nicomediam, Hexametris scriptum versibus, & aliũ librum qui inscribitur Grammaticus, & alium pulcherrimum de ira Dei, & institutionũ diuinarum aduersum gẽtes libros septem : & ἐπιτομὴν eiusdem operis in libro vno acephalo, & ad Asclepiadem libros duos. De persecutione librum vnũ. Ad Probum Epistolarum libros quatuor. Ad Seuerum, epistolarum libros duos. Ad Demetrianũ auditorem suum, libros duos. Ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis, librum vnũ. Hic extrema senectute magister Cæsaris Crispi, filij Constantini in Gallia fuit, qui postea à patre interfectus est.

ANNOTATIONES.

Ad Demetrianum, cod. Sigeberg. habet ad Demetrium auditorem suum libros tres.

Caput lxxxi.

EVsebius Cæsariæ Palestinæ Episcopus in scripturis diuinis studiosissimus, & Bibliothecæ diuinæ cum Anno Domini 320. Tritth.

Pamphylo Martyre diligẽtiſſimus perueſtigator, edidit infinita volumina. De quib⁹ hęc ſunt: εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως libri viginti, εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς libri quindecim, θεοφανείας, libri quinque, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri decem, Chronicorum Canonum omnimodã hiſtoriam, & eorum ἐπιτομήν. Et de Euangelicorum diaphonia. In Eſaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, vt quidam putant, libri triginta: de quib⁹ ad me viginti tantum peruenerunt, τοπικῶν librum vnum, ἀπολογίας pro Origene libros ſex. De vita Pamphyli, libros tres. De Martyribus alia opuſcula. Et in centum quinquaginta Pſalmos eruditiſſimos commentarios: & multa alia. Floruit maximè ſub Conſtantino Imperatore & Conſtantio, & ob amicitiam Pamphili Martyris ab eo cognomentum ſortitus eſt.

Caput lxxxij.

Anno Domini 320. Trith.

RHeticius Eduorum, id eſt, Auguſtodunenſis Epiſcopus, ſub Conſtantino celeberrimæ famæ habitus eſt

eſt in Gallijs, Leguntur eius Commentarij in Cantica Canticorum: & aliud grande volumen aduerſus Nouatianum, nec prȩter hæc quicquam eius operum reperi.

Caput lxxxiij.

Methodius Olympi Lyciæ, & poſtea Tyri Epiſcopus, nitidi, compoſitique ſermonis, aduerſum Porphyrium confecit libros, & ſympoſium decem virginum, & de Reſurrectione opus egregium, contra Origenem, & aduerſus eundem de Pythoniſſa, & de Autexuſio. In Geneſim quoque & Cãtica Canticorum commentarios: & multa alia, quæ vulgo lectitantur, & ad extremum nouiſſimæ perſecutionis, ſiue vt alij affirmant, ſub Decio & Valeriano in Chalcide Græciæ, Martyrio coronatus eſt. Anno Domini 355. Tritth.

Caput lxxxiiij.

IVuencus nobiliſſimi generis, Hiſpanus, presbyter, quatuor Euangelia An.D. 330. Tritth.

Hexametris versibus pene ad verbum transferens, quatuor libros cõposuit, & nonnulla eodẽ Metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit sub Constantino Principe.

Caput lxxxv.

Anno Domini 330. Trith.

EVstathius genere Pamphylus Sidites, primum Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ rexit Ecclesiam: & aduersum Arianorum dogma componens multa sub Constantino Principe pulsus est in exilium Traianopolim Thraciarum, vbi vsque hodie conditus est. Extant eius volumina de Anima, de Engastrimytho aduersum Origenem, & infinitæ epistolę, quas enumerare lõgum est.

ANNOTATIONES.

Sub Constantio, ita plerique omnes: Sigeberg. legit Constantino.

Caput lxxxvi.

An. D. 365. Trith.

MArcellus Ancyranus Episcop⁹, sub Constante & Constantino Principibus floruit, multaque diuersarũ ὑποθέσεων scripsit volumina, & maximè

ximè ądUersum Arianos. Feruntur cōtra hunc Asterij & Apollinarij libri, Sabellianæ eum hæresis arguentes: sed & Hilarius in septimo aduersum Arianos libro, nominis eius quasi hæretici meminit. Porrò ille defendit se non esse dogmatis, cuius accusatur, sed communione Iulij & Athanasij, Romanæ & Alexandrinæ vrbis Pontificem se esse munitum.

ANNOTATIONES.

Asterij & Apollinarij: Sic etiam Sophronius, quare nos nihil mutamus, Gembla. codex habet, Apollinaris: supra autem codex Sigebergen. habet sub Constantino & Constantio.

Caput lxxxvij.

Athanasius Alexandrinæ vrbis Episcopus, multas Arianorum perpessus insidias, ad Constantem Galliarum Principem fugit, vnde reuersus cum literis, & rursum post mortem eius fugatus vsque ad Iouiani Imperium latuit, à quo recepta Ecclesia, sub Valente moritur. Feruntur eius aduersum gentes duo libri, & contra Valentem & Vrsatium vnus, & de Virginitate, & de persecu- An. D. 371 Trith.

cu-

cutionibus Arianorum plurimi, & de Psalmorum titulis,& historia Antonij monachi vitã continens: & ἑορταστικαὶ epistolæ:& multa alia,quæ enumerare longum est.

Caput lxxxvij.

Anno Domini 330.

ANtonius Monachus,cuius vitam Athanasius Alexandrinæ vrbis Episcopus, insigni volumine prosecutus est,misit Aegyptiacè ad diuersa monasteria Apostolici sensus, sermonisq; epistolas septem, quæ in Græcam linguam translatæ sunt: quarum præcipua est ad Arsenoitas. Floruit sub Cõstantino & filijs eius regnantibus: Vixit annos centum quinque.

Caput lxxxviij.

Anno Domini 330 Tritth.

BAsilius Ancyranus, Episcopus Arcis Mecheæ scripsit contra Marcellum, & de virginitate librum, & nõnulla alia:& sub Rege Constantio, Macedonianę partis cum Eustathio Sebasteno Princeps fuit.

AN-

ANNOTATIONES.

Episcopus artis medicinæ: hunc locum Erasmus reliquit intactum. Lypsius pro medicinæ legit me dicæ: quo modo & codex noster Viridis Vallis habet. Sophronius simpliciter habet βασίλειος ἀγκυρανὸς ἐπίσκοπος: De arte medica verbum nullum: In Gemblacensi cod. lego hoc modo: Basilius Ancyranus, Episcopus Arcis Mechea: quam lectionem veram ac genuinam puto: est autē Mecha ciuitas Arabiæ, in qua pseudopropheta Mahometh conditus est, ideoq; ob illius memoriā hodie non minus à Saracenis ac Turcis peregrinatione suscepta visitatur, quàm Hierosolyma à Christianis. Hæc igitur arx quondam, in iustam ciuitatem progressu temporis per Saracenos erecta est: ita vt nunc inter Arabicas præcipua sit: codex Sigebergensis habet etiam arcis Mechee.

Caput xc.

THeodorus Heracliæ Thraciarum Episcopus, elegantis, apertiq; sermonis, & magis historicæ intelligentiæ, edidit sub Constantino Principe Commentarios in Matthęum & in Iohannem, & in Apostolum, & in Psalterium. Anno Domini 340. Tritth.

Caput

Caput xci.

An. D. 340 Tritth. EVsebius Emesenus Episcopus, elegantis & Rhetorici ingenij, innumerabiles, & qui ad plausum populi pertinent, confecit libros, magisq; historiam sequutus, ab his qui declamare volũt, studiosissime legitur: è quib. vel præcipui sũt aduersum Iudæos & gentes, & ad Nouatianos, & ad Galatas ὑποθέσεων libri decem, & in Euangelia homiliæ breues, sed plurimæ. floruit temporibus Constantij Imperatoris, sub quo & mortuus, Antiochiæ sepultus est.

Caput xcij.

An. D. 340 Tritth. TRiphyllius Cypri Ledrensis, siue λευτεῶνος Episcopus, eloquentissimus suæ ætatis, & sub Rege Constantio celeberrimus fuit. Legi eius in cantica Commentarios. Et multa alia cõposuisse fertur, quæ in nostras manus minimè peruenerunt.

ANNOTATIONES.

Cypri Ledrensis, cod. Sigeberg. Cypri Litiensis. Leuconteon, Supra autem legit Triphylius.

Caput

Caput xciij.

DOnatus, à quo Donatiani, per Aphricam sub Constante, Constantinoq; Principibus pullulauerũt, asserens à nostris scripturas in persequutione Ethnicis traditas, totã pene Africã & maximè Numidiã sua persuasione decepit. Extant eius multa ad suam hæresim pertinentia opuscula, & de spiritu sancto liber Ariano dogmati congruens. An. D. 340

ANNOTATIONES.

Lypsius, cui & Gembl. m. s. cod. noster consensit, Constantino Constantioq; legit: vt & Sigeber.

Caput xciiij.

ASterius Arianæ philosophus factionis, scripsit regnante Constãtio, in epistolam ad Romanos & in Euangelia, & Psalmos commentarios, & multa alia, quæ à suæ partis hominibus studiosissimè leguntur. An. D. 340

Caput xcv.

LVcifer Caracalitanus Episcopus, cum Pancratio & Hilario Romamanæ Ecclesiæ clericis ad Constãtium Im- An. D. 370

Imperatorem à Liberio Episcopo, pro fide Legatus missus, quum nollet sub nomine Athanasij Nicęnam damnare fidem, in Palæstinam relegatus, miræ constantiæ & pręparati animi ad martyrium, contra Constantium Imperatorem scripsit librum, eiq; legendum misit: ac non multo post sub Iuliano principe reuersus Caralis, Valētiniano regnante obijt.

ANNOTATIONES.

Codices m.s. habent Caralitanus. quod & Lypsius adnotauit: & Honorius probat.

Caput xcvi.

Anno Domini 370. EVsebius natione Sardus, & ex lectore vrbis Romanæ, Vercellensis Episcopus, ob Confessionem fidei à Constantio Principe Scytopolim & inde Cappadociam relegatus, sub Iuliano Imperatore ad Ecclesiam reuersus, edidit in Psalmos Commentarios Eusebij Cæsariensis, quos de Græco in Latinum verterat. Mortuus est Valentiniano & Valente regnātibus.

Caput

Caput xcvij.

FOrtunatianus natione Afer, Aquileiensis Episcopus, imperante Cõstantino, in Euangelia titulis ordinatis, breui & rustico sermone scripsit Commentarios: & in hoc habetur detestabilis, quod Liberium Romanæ vrbis Episcopum pro fide ad exilium pergentem, primus solicitauit ac fregit, & ad subscriptionem hæreseos cõpulit. Anno Domini 360.

ANNOTATIONES.

Lypsius adnotauit pro breui & rustico sermones, breues rustico sermo: Deinde, pro & in hoc sed in hoc: nos autem in Gembla. codice pro his verbis, & ad subscriptionem hæreseos compulit, legimus, & ad suæ scriptionem hæreseos compulit. Hic autem scriptor apud Honorium Fortunacius appellatur.

Caput xcviij.

ACacius, quem quia Luscus erat μονόφθαλμον nuncupabant, Cæsariensis Ecclesiæ in Palæstina Episcopus elaborauit in Ecclesiasten decem & septem volumina, & συμμίκτων ζητημάτων sex, & multos præterea; diuersósque Anno Domini 350. Trith.

 tractatus

tractatus composuit, intātum autem sub Constantio Imperatore claruit, vt in Liberij locum, Romæ Fœlicem Arianum Episcopum constitueret.

ANNOTATIONES.

Fœlicem Arianum: Lypsius adnotauit in m. s. cod. suis, vt nec in Sophronio Græco haberi Arianum: cui consentit ex nostris, cod. Gemblacen. & Virid. Vallis.

Caput xcix.

Anno Domini 340 Trith.

SArapion θμούεως Aegypti vrbis Episcopus, qui ob elegantiam ingenij, cognomen Scholastici meruit, charus Antonij Monachi, edidit aduersum Manichæum egregium librum, & de Psalmorum titulis alium, & ad diuersos vtiles Epistolas, & sub Constantio Principe, etiam in Confessione inclytus fuit.

ANNOTATIONES.

Vide supra caput 78.

Caput c.

An. D. 371. Trith.

HIlarius, Pictauorum Aquitaniæ Episcopus, factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Byterensi

terensi, in Phrygiam relegatus, duodecim aduersus Arianos confecit libros. Et alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit. Et in Psalmos Commentarios, primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo, vsq; ad sexagesimum secundum, & à centesimo decimooctauo vsque ad extremum, in quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Est eius ad Constantium libellus, quem viuenti Constantinopoli porrexerat. Et alius in Constantium, quem post mortem eius scripsit. Et alius liber aduersum Valentem & Vrsacium historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodi continens. Et ad Præfectum Salustium, siue contra Dioscorum, & liber hymnorum, & mysteriorum alius. Et Commentarij in Matthæum: & tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad sensum transtulit: & alius elegans libellus contra Auxentium: & nonnullæ ad diuersos epistolæ. Aiunt quidem scripsisse eum, & in Cantica Canticorũ, sed à nobis hoc opus ignoratur. Mortuus est

Pictauis Valentiniano & Valente regnantibus.

ANNOTATIONES.

De Synodo Byterensi: in m.s.cod. Martiniensi erat Biturensi; in alijs erat interensi: prior lectio videtur esse genuina: Sophronius habet βιτεριοσίων: Sigebergens. habet Biterrensi.

Caput ci.

An.D.360 Trith. VIctorinus natiōe Afer, Romę sub Constantino Principe Rhetoricā docuit: & in extrema senectute, Christi se tradens fidei, scripsit aduersus Arrium libros more Dialectico valdè obscuros, qui ab eruditis modo intelliguntur: & Commentarios in Apostolum.

ANNOTATIONES.

Constantio Principe legunt omnes nostri cod. m.s. quod autem infra sequitur ab eruditis modò intelliguntur, in Gembl. cod. ita legitur, nisi ab eruditis non intelliguntur; vocatur autem hic author pleno nomine Marius Victorinus Afer.

Caput

Caput cij.

TItus Bostrenus Episcopus, sub Iuliano & Iouiano Principibus, fortes aduersum Manichæum scripsit libros, & nonnulla volumina alia. Moritur sub Valente. An D.370

ANNOTATIONES.

Apud Tritthemium hic ponitur ad annum 340 numeris planè deprauatis, cum Valens Imperator, sub quo mortuus asseritur, imperare demum, cœperit anno 379.

Caput ciij.

DAmasus Romanæ vrbis Episcopus, elegans in versibus componendis ingenium habuit, multaque & breuia opuscula heroico metro edidit & prope octogenarius sub Theodosio Principe mortuus est. Anno Domini 380. Tritth.

Caput ciiij.

APollinarius Laodicenus Syriæ Episcopus, patre Presbytero, magis Grammaticis in adolescētia operā dedit, & postea in sāctas scripturas īnumerabilia scribens, sub Theodosio Im- Anno Domini 380. Tritth.

peratore obijt. Extant eius aduersus Porphyrium triginta libri, qui inter cętera eius opera vel maximè probãtur.

ANNOTATIONES.

Codex Gemblacensis hunc vocat Apollinarē, vt & Honorius.

Caput cv.

Anno Domini 370. GRegorius Bæticus, Iliberi Episcopus, vsque ad extremam senectutem diuersos mediocri sermone tractatus composuit: & de fide elegãtem librum, qui hodieq; superesse dicitur.

Caput cvi.

Anno Domini 380. PAcianus in Pyrenæi iugis, Barcilonæ Episcopus, castigatæ eloquentiæ, & tam vita quam sermone clarus: scripsit varia opuscula, de quibus est κέρβος, & contra Nouatianos liber, sub Theodosio Principe iam vltima senectute mortuus est.

ANNOTATIONES.

Pacianus: ita & Sophronius, cui subscribit Erasmus: & codex noster Martinianus, quare nos nihil mutamus. reliqui aũt cod. nostri Pacatianum, Honorius Pacatũ, vocat: porrò vbi vulgatus codex habet, castitate & eloquentia: codex Gembla.

Gembl. rectius legit, castigatæ eloquentiæ: quod sequimur. de Paciano vide infra in Dextro c. 132.

Caput c vij.

PHotinus de Gallogrecia, Marcelli An.D. 330
discipulus, & Sirmij Episcopus ordinatus, Hebionis hæresim instaurare conatus est, & postea à Valentiniano Principe pulsus Ecclesia, plura scripsit volumina, in quibus præcipuè sint cõtra gentes & Valentinianum libri.

ANNOTATIONES.

Sirmij Episcopus: Gembl. & Virid. Vall. cod. m. s. habent Smirnæ Episcopus, nos nihil mutamus.

Caput c viij.

SOebadius Agenni Galliarum Episcopus, edidit contra Arianos librum. Dicuntur & eius alia esse opuscula, quæ necdum legi. Viuit vsq; hodie decrepita senectute. An.D. 330

ANNOTATIONES.

Hunc m. s. codices Phœbadium constanter vocant, sicut & Honorius. In bibliotheca sacra Phœbadius appellatur. Tritth. appendix appellat Sebadium.

Caput cix.

Anno Domini 395. Trith.

DYdimus Alexandrinus, captus à parua ætate oculis, & ob id, elementorum quoque ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt Dialecticam quoque & Geometriam, quæ vel maximè visu indigent, vsque ad perfectum didicerit. Is plurima, nobiliaq; conscripsit: Commentarios in Psalmos omnes: Commentarios in Euangelium Matthæi & Ioannis: & de dogmatibus, & contra Arianos libros duos: & de spiritu sancto librum vnũ, quem ego in Latinum verti: in Esaiam Tomos decem & octo: in Oseæ ad me scribens, Commentariorum libros tres: & in Zachariam, meo rogatu, libros quinque, & Commentarios in Iob: & infinita alia, quæ digerere proprij indicis est. Viuit vsque hodie, & octogesimum tertium ætatis excessit annum.

ANNOTATIONES.

Is plura opera & nobilia. cod. Gembl. is plurima nobiliaque conscripsit: cui proximè respondet versio Sophronij. meo rogatu libros quinque, post

post hæc verba erat in m.s. codicib. & commentarios in Iob, sequebatur, quod & Sophronius habet, deinde sequitur & infinita alia, &c.

Caput cx.

OPtatus Afer Episcopus Mileuitanus, ex parte Catholica, scripsit Valentiniano & Valente Principibus aduersum Donatianæ partis calumniam libros sex, in quibus asserit, crimen Donatianorum in nos falsò retorqueri. Anno Domini 370 Tritth.

Caput cxi.

AQuilius Seuerus in Hispania, de genere illius Seueri, ad quem Lactantij duo epistolarum scribuntur libri: composuit volumen, quasi ὁδοιποριχόν totius suæ vitæ statum continens, tam prosa quàm versibus, quod vocauit καταστροφὴν siue πεῖραν, & sub Valentiniano Principe obijt. Anno Domini 370.

ANNOTATIONES.

Hunc vocat Honorius Achilium, cui consentit cod. m.s. Viridis Vallis. Reliqui nostri habent

Acilium, vt & ex suis adnotauit Lypsius.

Caput cxij.

An D.370 CYrillus Hierosolymæ Episcopus, sæpè pulsus Ecclesia, & receptus: ad extremum sub Theodosio Principe octo annis inconcussum Episcopatum tenuit. Extant eius κατηχήσεις quas in adolescentia sua composuit.

Caput cxiij.

Anno Domini 370. EVzoius apud Thespesium Rhetorem cum Gregorio Nazianzeno Episcopo, adolescens Cæsareæ eruditus est: & eiusdem vrbis Episcopus, plurimo labore corruptam iam Bibliothecam Origenis & Pamphili, in membranis instaurare conatus est. Ad extremum sub Theodosio Principe Ecclesia pulsus est. Feruntur eius varij, multiplicesque tractatus, quos nosse perfacile est.

ANNOTATIONES.

Hic apud Honorium Eulonius est, mendosè, vt & ea, quæ coniuncta sunt ibidem, Sigeberg. cod. habet Eusonius.

Caput

Caput cxiiij.

EPiphanius Cypri Salaminæ Episcopus, scripsit aduersum omnes hæreses libros, & multa alia, quæ ab eruditis propter res, à simplicioribus propter verba quoque lectitantur. Superest vsque hodie, & in extrema iam senectute varia cudit opera. An.D.400

Caput cxv.

EFfrem Edissenę ecclesię Diaconus, multa Syro sermone composuit opuscula, & ad tantam venit claritatem, vt post lectionem scripturarum publicè in quibusdam Ecclesijs eius scripta recitentur. Legi eius de Spiritu sancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat: & acumen sublimis ingenij, etiam in translatione cognoui. Secessit sub valente Principe. Anno Domini 380, Tritth.

Caput cxvi.

BAsilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, Episco- Anno Domini 380, Trith.

Episcopus egregios contra Eunomium elaborauit libros,& de spiritu sancto volumen, & in Hexaëmeron homilias nouem,& ἀσκητικὸν,& breues variosque tractatus: moritur imperante Gratiano,

Caput cxvij.

An.D.399 Trith. GRegorius primum Sasimorum, deinde Nazianzenus Episcopus, vir eloquentissimus,præceptor meus, & quo scripturas explanante didici:ad triginta milia versuum omnia opera sua composuit,è quibus illa sunt: De morte fratris Cæsarij, περὶ φιλοπτωχίας, laudes Machabæorum:laudes Cypriani: laudes Athanasij: laudes Maximi philosophi post exilium reuersi,quem falso nomine quidam Heronis superscripserunt:quia est & alius liber,vituperationem eiusdem Maximi continens:quasi non licuerit eundem & laudare & vituperare pro tempore. Et liber Hexametro versu, virginitatis & nuptiarum contra se differentium. Aduersum Eunomium liber vnus. De Spiritu

Spiritu ſancto liber vnus. Contra Iulianum Imperatorem, liber vnus. Sequutus eſt autem Polemonem dicẽdi charactere, viuoq́; ſe Epiſcopum loco ſuo ordinans, ruri vitam monachi exercuit. Deceſſitque ante hoc ferme triennium ſub Theodoſio Principe.

ANNOTATIONES.

Heronis: Sigeberg. legit Berona, idem cod. habet aduerſus Eunomium libri duo.

Caput cxviij.

LVcius poſt Athanaſium Arianæ partis Epiſcopus, vſque ad Theodoſium Principem, à quo & expulſus eſt, Alexandrinam Eccleſiam tenuit. Extant eius ſolennes de Paſcha Epiſtolæ, & pauci variarum hypotheſeon libri. An. D. 398

Caput cxix.

DIodorus Tarſenſis Epiſcopus, dũ Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extãt eius in Apoſtolũ Cõmentarij, & multa alia, ad Euſebij magis Emiſeni charactẽrẽ pertinẽtia, cuius cũ ſenſum An. D. 390

ſenſum ſecutus ſit, eloquētiam imitari nō potuit, propter ignorantiam ſæcularium literarum.

Caput cxx.

An. D. 390 EVnomius Arianæ partis, Cyzicenus Epiſcopus, in apertam hæreſeos ſuæ prorumpens blaſphemiā, vt quod illi tegunt, iſte publicè fateretur. Vſque hodiè viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra Eccleſiam ſcribere. Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Nyſſenus.

ANNOTATIONES.

Reſponderunt ei Apollinarius: Gembl. codex habet Apollinaris.

Caput cxxi.

An. D. 390 PRiſcillianus Abilæ Epiſcopus, qui factione Hylatij, & Ithacij Treueris a Maximo tyranno cæſus eſt: edidit multa opuſcula, de quibus ad nos aliqua peruenerunt. Hic vſque hodiè à nonnullis Gnoſticæ, id eſt Baſilidis & Marcionis, de quibus Irenæus

ſcripſit

ſcripſit, hæreſeos accuſatur, defendentibus alijs, non ita eum ſenſiſſe vt arguitur.

ANNOTATIONES.

M.ſ. codex Martinienſis habet Hidacij, & Itacij. Alij tamen (inquit Lypſius) legunt Itacij et Vrſatij, Proſper. Anno 5. Itacius, & Vrſacius Epiſcopi, ob mortem Priſcilliani, & c. hæc Lypſius. Gembl. cod. habet Hydiati, & Itacij: Sigeberg. habet Hidacij, & Itacij.

Caput cxxij.

MAtronianus prouinciæ Hiſpaniæ, valde eruditus, & in metrico opere veteribus comparandus: cæſus eſt & ipſe Treueris cum Priſcilliano, Feliciſſimo, Iuliano, Euchrotia, eiuſdem factionis authoribus. Extant eius ingenij opera diuerſis metris ædita. An. D. 39

ANNOTATIONES.

Cod. m. ſ. Martinienſis hunc vocat latronianum: & in contextu pro Euchrotia legit, Entropio. Honorius etiam Latronianum habet, vt & Gembl. & Sigebergen. qui etiam pro Euchrotia legit Eutropio.

Caput

Caput cxxiij.

Anno Domini 390.

TIberianus Bæticus ſcripſit pro ſuſpicione, qua cum Priſcilliano accuſabatur hæreſeos, apologeticum tumenti, compoſitoque ſermone: poſtea poſt ſuorum cædem, tædio victus exilij, mutauit propoſitum, & iuxta ſanctam ſcripturam, Canis reuerſus ad vomitum ſuum: filiam deuotam Chriſto virginem matrimonio ſibi copulauit.

Caput cxxiiij.

An. D. 380 Tritth.

AMbroſius Mediolanenſis Epiſcopus, vſq; in præſentem diem ſcribit: de quo, quia supereſt, meum iudicium ſubtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehẽdatur, aut veritas.

Caput cxxv.

An. D. 380 Tritth.

EVagrius Antiochiæ Epiſcopus, acris ac feruentis ingenij, quum adhuc eſſet presbyter, diuerſarum hypotheſeon tractatus mihi legit, quos necdum

dum edidit: vitam quoque beati Antonij de Græco Athanaſij, in ſermonẽ noſtrum tranſtulit.

Caput cxxvi.

AMbroſius Alexandrinus, auditor Didymi, ſcripſit aduerſum Apollinarium volumen multorum verſuum de dogmatibus, & vt ad me nuper quodam narrante perlatum eſt, Commentarios in Iob: qui vſque hodie ſupereſt. Anno Domini 380. Tritth.

ANNOTATIONES.

Apollinarium. Sigeberg. legit Apollinarem.

Caput cxxvij.

MAximus Philoſophus, natus Alexandriæ, Conſtantinopoli Epiſcopus ordinatus, & pulſus, inſignẽ de fide aduerſus Arianos ſcripſit librũ, quem Mediolani Gratiano Principi dedit. Anno Domini 380. Tritth.

Caput cxxviij.

GRegorius Nyſenus Epiſcopus, frater Baſilij Cæſarienſis, ante pau- An. D. 380

cos annos mihi, & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libros, qui & multa alia ſcripſiſſe & ſcribere dicitur.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc Gregorium Emiſenum vocat.

Caput cxxix.

Anno Domini 390. IOannes Antiochenæ Eccleſiæ presbyter Euſebij Emiſeni, Diodorique ſectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi.

Caput cxxx.

Anno Domini 390. GElaſius Cæſareæ Palæſtinæ, poſt Euzoium Epiſcop⁹, accurati, limatique ſermonis, fertur quædam ſcribere ſed cælare.

ANNOTATIONES.

Poſt Euzoium, Sigeberg. legit Eunomium.

Caput cxxxi.

An. D. 390 THeotimus Scythiæ Tomorũ Epiſcopus, in morem Dialogorum, & veteris eloquentię breues, commaticoſque tractatus edidit: audio eum & alia ſcribere.

Caput

Caput cxxxij.

DExter Paciani, de quo ſupra dixi, filius, clarus apud ſæculum, & fidei deditus, fertur ad me omnimodã hiſtoriã texuiſſe, quam necdum legi. An. D. 390

ANNOTATIONES.

Ex hoc loco apparet Pacianum eſſe legendum ſupra c. 106 ſuffragãtibus hic ms. cod. vniuerſis.

Caput cxxxiij.

AMphilochius Iconij Epiſcopus, nuper mihi librum legit de ſpiritu ſancto, quod Deus, & quod adorandus, quodque omnipotens ſit. Anno Domini 390.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc vocat Amphilogium.

Caput cxxxiiij.

SOphronius vir apprimè eruditus, laudes Bethlehem adhuc puer, & nuper de ſubuerſione Serapis, inſignẽ librum compoſuit, de virginitate quoque ad Euſtochium, & vitam Hilarionis monachi, opuſcula mea in Græcũ ſermonẽ elegantiſſimè tranſtulit: Pſalterium quoq; & prophetas, quos nos de Hebræo in Latinum vertimus. An. D. 398

ANNOTATIONES.

In Græcum sermone eleganti transtulit: cod. Gembl. habet rectius. In græcum sermonem elegantissime transtulit. Hãc enim phrasin expressit Sophronius.

Caput cxxxv.

Anno Domini 410.

HIeronymus Patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod à Gothis euersum, Dalmatiæ quondam Pannoniæque confinium fuit, vsque in præsentem annum, id est, Theodosij Principis decimumquartum, hæc scripsi: Vitam Pauli monachi: Epistolarum ad diuersos librum vnum: ad Heliodorũ exhortatoriam: Altercationem Luciferiani & Orthodoxi: Chronicon omnimodæ historiæ. In Hieremiam, & in Ezechiel homilias Origenis viginti octo, quas de Græco in Latinum verti: De Seraphin, De Osanna, De frugi & luxurioso filijs: De tribus quæstionib⁹ legis veteris, homilias tres: In Cantica Canticorum duas: Aduersus Heluidium vnam epistolam de Virginitate Mariæ perpetua: Ad Eustochium de Virginitate seruanda: Ad Marcellam episto-

epiſtolarum librum vnum : Conſolatoriam de morte filiæ ad Paulam:In epiſtolam Pauli ad Galatas Commentariorum libros tres: In epiſtolam ad Epheſios Commentariorũ libros tres: In epiſtolam ad Titum librum vnum: In epiſtolam ad Philemonem librum vnum : In Eccleſiaſten Commẽtarios: Quæſtionum Hebraicarum in Geneſim librum vnum:De locis librũ vnũ: Hæbraicorum nominum librum vnum:De ſpiritu ſancto Didymi,quem in Latinum tranſtuli, librum vnum: In Lucam homilias triginta nouem: In Pſalmos, à decimo vſque ad decimumſextum, tractatus ſeptem: Captiui monachi vitam, & beati Hilarionis:Nouum teſtamentum Græcæ fidei reddidi:vetus iuxta Hæbraicã tranſtuli:Epiſtolarũ autem ad Paulã & Euſtochiũ,quia quotidie ſcribũtur, incertus eſt numer9.Scripſi præterea in Michæã explanationum libros duos:In Sophoniam librum vnum : In Naum librum vnum:In Habacuc libros duos:In Aggæum librum vnum:multaque alia de opere prophetali, quæ nunc habeo in

manibus, & necdum expleta sunt. Aduersus Iouinianum libros duos, & ad Pammachium Apologeticum & Epitaphium.

ANNOTATIONES.

Consolatoriam de morte filij: m.s. cod. nostri et Lypsiani habent filiæ, quos comprobat & Sophronius, qui vertit τῆς θυγατρός. ad Galat. commen. lib. 3. post hæc verba m.s. cod. nostri omnes habebāt in epistolā ad Ephesios Commētariorū libros tres. captiui monachi vitā & B. Hilarionis: hanc etiā sententiam retulit Sophronius. βίον αἰχμαλώτου μοναχοῦ, βίον τοῦ μακαρίου ἱλαρίωνος: in Gemb. cod. erat, captiuum monachum, vitam beati Hilarionis, quā lectionē & Lypsius ex suis adnotauit.

Suffridus Petrus Leouardiensis Candido lectori S. P. D.

Reperitur in plerisq; codicibus antiquis huic libello subiunctus Hieronymi titulo Tractatus, de xij. Scriptoribus Ecclesiasticis: quem vt Hieronymo suppositum, & luce indignum, consulto omisimus: quod hic admonendum duximus, ne quis à nobis temerè aliquid in hoc argumēto prætermissum putet, quod Hieronymianū sit. Videat autem de hoc opere, si quis volet, Erasmi Rot. iudicium, parte tertia secundi tomi operum D. Hieronymi, aut si adeo bonas horas male collocare iuuat, illinc petat & legat quoad lubet; Vale.

GEN-

GENNADII MASSILIENSIS PRESBYTERI OPVS DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

SVFFRIDVS PETRVS Leouardiensis Candido lectori salutem P. D.



Igebertus Gemblacensis infra in Catalogo suo ca. 30. hunc Gennadium vocat Episcopum, sicut & Platina in Symmacho eum appellat Episcopũ Massiliensem. Vualafridus autem cap. 20. De officijs Massiliensem Presbyterum appellat, sicut & Iohannes Tritthem. Quin & ipse Gennadius in Coronide huius operis, scripta sua recensens, Massiliensem presbyterum se vocat, ideoque & nos hunc illi titulum tanquam genuinum attribuemus, donec solidioribus argumentis nobis de alio fides facta fuerit: nam qui Episcopum fuisse scribunt, decepti videntur similitudine nominis

nis Episcopi Constantinopolitani, cui item nomen fuit Gennadius, de quo noster hic Gennadius ca. 90. agit: Planè autem Gennadius hic noster cum iudicio legendus est, non solum quod ipse scriptores aliquot hic probet, quos reprobauit Ecclesia, verum etiam quod à Catholicis quibusdam pro studio nonnulla huic addita sint medelæ gratia, quæ ad ipsum Gennadium non pertinent. Ideoq; quo cautius eum lector Candidus legat, de vtroque quod diximus, censuram hic subyciemus, Præstantissimo viro ac gratissimo Theologo, Dn. M. N. Iohanni Molano, Louaniensis Pontificy ac Regy librorum censore, quam ille nobis pro suo erga Ecclesiam Catholicam studio impartire dignatus est. Quod autem hic Gennadius fuerit factionis Gallorum (inquit) de quibus in epistolis Prosperi & Hilary præfixis libro, de Prædest. Sanctorum & bono persecutionis, patet in eius Catalogo: vt enim omittam, quod Ruffinum Hieronymo præferat, & Seueri Dialogum laudet, quem Hieronymus in cap. 36. Ezechielis, & post eum Gelasius reprobat, expressè damnat librum Prosperi contra Collatorem, & laudat Cassianum, item Faustum in materia gratiæ, et liberi arbitry, cum Gelasius vtrumque damnet, laudato Prospero: Sicut Faustum hæreticum ostendit Maxentius in fine libri sui contra epistolam Possessoris, & Petrus Diaconus, cum suis in libello ad Fulgentium misso, qui à Fulgentio approbatur: Cōtra quem Faustum

Cēsura de Gennadio.

In Ruffino caput 17. in Seuero Sulpitio cap. 19.

stum tanquam occultè Pelagianis consentientem scripsisse Fulgentium testatur Vincentius in Speculo historiali, lib. 2. ca. 106. Sanè contra Cassianũ & Faustum, similesq; congregatũ videtur Arausicanũ Concilium secundum, iussu Leonis primi. Isidorus in Catalogo. Fulgẽtius scripsit de gratia & libero arbitrio libros Respõsionũ septẽ. In quib. Fausto Galliæ Regiensis vrbis Episcopo, Pelagianæ prauitati consentienti annititur eius profundam destruere calliditatem: Imò Gennadius laudat librum Eulogiarum Pelagij, quem libro 1. contra Pelagianos tanquam hæreticum reijcit Hieronymus. Nam ibi docetur omnes voluntate propria regi, & posse esse hominem sine peccato, & facilè mandata Dei custodire, si velit: Quem Augustinus hæreticum esse ostendit, epistola 89. ad Hilarium: Omittimus quod in Euagrio laudet Apathian, quem Hieronymus damnatum ab Episcopis, tanquam Origenistam asserit, Epistola ad Ctesiphontem, & damnat eius Apathiam: Hactenus ille de prauitate Gennadij. De ijs, quæ in Gennadiũ ab alijs infarta sunt, idẽ ait, Codex manuscriptus (inquit) in Parco sic concludit Catalogũ Gennadij, omisso Honorato, quem nos postremo loco habemus in operibus Hieronymi. Ego Gennadius Massiliæ presbyter, scripsi aduersus omnes hæreses libros 8. & aduersus Nestorium libros 6. & aduersus Pelagium libros 3. & tractatus de mille annis, de Apocalypsi B. Iohannis, &

hoc opus de fide mea misi ad Gelasium vrbis Romæ Episcopum. Hic notandum est, vt constet, eum librum, qui in antidoto contra hæreses ponitur cõtra Nestorium, esse Gennadij non Gelasii, & facilis potuit esse immutatio nominũ, quia Gennadius ad Gelasium scripsit: & arbitror in libro nostro omissum esse Gennadium extremum, & positum Honoratũ, quia Honorati fidem approbauit Gelasius, non Gennadij, vt videlicet Honoratus sit positus tanquam medicamentum, sicut medicamẽta habet liber de Ecclesiasticis dogmatibus. Sanè cod. m. s. in Parco in Catalogo Gẽnadij habet multa medicamenta: Pro eo enim quod Gennadius dicit de Augustino (licet enim capacibus dubitationem de abortiuis faceret, error tamen illius sermone multo, vt superius dixi, contractus lucta hostium exaggeratus, necdũ hæresis quæstionẽ dedit, sic habet cod. Parcẽsis scriptus, omissis istis verbis: Egregio ingenio et excellenti studio Ecclesiæ seruiens Iuliani hæretici libris, inter impetum obsidentium Vandalorũ in ipso dierum suorũ fine respõdit, & in defensione Christianæ sapientiæ perseuerans, moritur, Theodosio & Valentiniano regnantibus: Et de Prospero sic adducit scriptus liber, postquam dixit Cassianum & Prosperum sententias cõtrarias habere de gratia & libero arbitrio: Hic etiam Prosper post obitum B. Augustini, eius, contra inimicos gratiæ Christi defensor extitit: & post Faustum sic subditur in libro scripto

Parcen-

Parcensium & Bethlehemitarum ca. 86. Cæsarius Arelatensis Episcopus vir sanctitate & virtute celeber, scripsit egregia & grata valde, & monachis necessaria opuscula: de gratia quoq; & libero arbitrio edidit testimonia scripturarum et Sanctorum Patrum iudicijs munita, vbi docet, hominem de proprio nihil agere boni, nisi eum diuina gratia præuenerit: quod opus etiā Papa Felix per suam epistolā roborauit, & in latinis promulgauit. Floruit eo tempore quo & Faustus Anastasio Remp. gubernante: hæc scriptus cod. Hæc non videntur Gennadij, sed Catholici, volentis mederi Gēnadio: Hic Cæsarius primus subscripsit in secundo Concilio Arausicano, & fit hic mētio Felicis Papæ tertij: Licet autem Gennadius in Catalogo recenseat in Pomerio, Pomerium disputare de Originali peccato, non tamen putandus est Gennadius hoc approbare. Hic enim Pomerius (secundum Isidorum in Catalogo ca. 12.) in secundo sui operis libro Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdā fallacib. argumētis hoc adstruere cōtendens. Hæc Isidorus. Certū est hoc non approbasse Gennadiū: Hæc ille: quibus & nostri cod. m. s. pleriq; suffragātur, vt suis locis indicaturi sumus: Nec est vllū præsentius huius rei argumentū, quā quod cod. m. s. quo vetustiores sunt, eo pauciora Gēnadio medicamēta addidisse dep̄hendātur. Honorius certè, qui volens vtiq; neminē omisisse videtur (vtpotè

cum

cum etiam Dionysium Areopagitam Hieronymo, conseruauerit, quē in Catalogo apud ipsum Hieronymum codices omnes desiderant) Auitum ca. 47. & Pomerium cap. 98. & Honoratum Massiliensem, cap. 99. in Gennadij Catalogo positum pro Gennadianis non agnoscit : Huc accedit, quod in cod. m. s. Martiniano, satis recenti, vt videtur, quo nos inter cæteros vsi sumus, hunc Prologum, quem proinde ad verbum hic subijcere placuit, Gennadio præpositum reperimus, qui vtiq; cum ad Gennadium nihil faciat, medelæ gratia ei additus videri debet, & sinistram Gennadij de Hieronymo censurā, de qua supra dictū est, opportunè mitigaret: Prologus ita habet: Hieronymus noster literis Græcis ac latinis Romæ apprimè eruditus, presbyter quoque ibidem ordinatus est: porrò ad Bethlehem oppidum Iuuenis aduenit. vbi prudens animal ad præsepe Domini sese obtulit permāsurum: Inter cætera operum suorum opuscula vsque ad Theodosij quartumdecimum Imperij annum à Beato Petro sumens exordium, vsq; in semetipsum de viris Illustribus scripsit : Innumeris præterea Apostolorum prophetarumq; cōstructionibus editis immobilem Catholicæ turrim Ecclesiæ contra perfidorum iacula consummauit: Literis quoque Hebraicis atq; Chaldaicis ita edoctus, vt omnes Testamenti veteris libros ex Hebræorum scilicet codicibus verteret in Latinum: Danielem quoque Prophetam Chaldaico stylo locutum

cutum

ðutum, & Iob iustum Arabico, in Romanam linguam vtrumque authorem perfecta interpretatione mutauerit: Matthæi nihilominus Euangelium, ex Hebræo fecit esse Romanum: Nam mētis corporisq; virginitatem, & delictorum pœnitentiam prædicans atque custodiens, solus omniū Romanorum oēs sedecem Prophetarum cōmentatus est libros. In cunctis præterea librorum suorū prologis ita se luculentissimum interpretem, & in immenso epistolarum suarum volumine neruosum Catholic's exhibet lectoribus, vt nec perfidis quandoq; pepercisse, nec inuidus cessisse videatur: Nonagenarius fermè, vt perhibēt, postea in Domino requieuit, quem Stridon oppidum genuit, Roma inclyta erudiuit, Bethlehem alma tenuit, spiritum Aula cælestis suscepit. Claruit maximè sub Theodosio Principe, & filijs eius Arcadio & Honorio.

CAPVT PRIMVM.



Acobus cognomēto sapiens Nizibenę nobilis Persarum modo ciuitatis Episcopus, vnus ex numero sub Maximiano persecutore Cōfessorum fuit, & eorum, qui in Nicena

Floruit Anno Christi, 330. Trith.

cena synodo Arianorũ peruersitatem ὁμοουσίου oppositione damnarunt: Hũc virũ B. Hieronymus in libro χρονικῶν velut magnarũ virtutũ hoĩem nominãs, in Catalogo scriptorum illustriũ, cur non posuerit, facilè excusabitur, si considerem⁹ qđ ipsos tres vel quatuor Syros quos posuit, & interpretatos in gręcum se legisse testetur. Vnde constat eum illo tẽpore ignorasse Syram linguã vel literas, & ideo hunc, qui necdũ versus est in aliã linguam, nescisse scriptorem. Cõprẹhendit autem omne opus suum in viginti sex libris:

1. De fide.
2. Contra omnes hæreses.
3. De charitate generali.
4. De dilectione erga proximum speciali.
5. De ieiunio.
6. De oratione.
7. De Resurrectione.
8. De vita post mortem.
9. De humilitate.
10. De patientia.
11. De pœnitentia.
12. De Satisfactione.
13. De virginitate.
14. De sensu animæ.
15. De Circuncisione.
16. De acino benedicto ꝑ quo in Esaia legitur, non est exterminandus botrus.
17. De Christo, qđ filius Dei sit, & consubstantialis patri.
18. De Castitate.
19. Aduersus gentes.
20. De constructione Tabernaculi.
21. De gentiũ conuersiõe.
22. De regno Persarum.
23. De persec. Christian.

24. Composuit & Chronicon minoris quidē, quā Graecorum curiositatis, sed maioris fiduciae: quia diuinarum scripturarū tanta authoritate conscriptum comprimit ora eorum, qui praesumptuosa suspicione de aduentu Christi vel Domini nostri inaniter philosophantur.

Moritur hic vir Constantij temporibus, iuxta pręceptū patris eius Constātini intra muros vrbis Nizibenæ sepelitur, ob custodiam videlicet ciuitatis, quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus vrbem, & vel gloriæ sepulti inuidens, vel fidei Constātini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de ciuitate S. corporis reliquias, & post paucos menses consulendæ licet Reipub. causa Iouianus Imperator, qui Iuliano successerat, tradidit Barbaris ciuitatem, quę vsq; hodie Persarum ditioni cum finib. suis subiecta seruit.

ANNOTATIONES.

Codex excusus testatur hunc scriptorē comprehēdisse omne opus suū libris 25. cui & m.s.co Gēbl. suffragatur: Reliqui cod. nostri habēt 26. sed recensent modo 24. Trith. habet itē 25. quos & enumerat, sed ille cod. vitio deceptus ex vno libro 2. fecit.

Ille

Ille enim liber quem verbis Esaiæ tribuit, planè idem est cum eo, quem tribuit Azymi benedictioni: Quòd quidem esse verum facilè deprahendet, quisquis animaduerterit, pro Azymi hic legendum esse Acini. Sic enim in manuscriptis codicibus, Gemblacensi, & Affliginio, & Viridis Vallis, & Sigebergensi expressè legitur. Et de Acini benedictione, verba hæc extant apud Esa. ca. 65. & Botrimērio Acinū hic legi oportet satis euidēter arguit: Græcus textus ita se habet, ὃν τρόπον εὑρηθήσεται ὁ ῥώξ ἐν τῷ βοτρυῖ, καὶ ἐροῦσι, μὴ λυμήνῃ αὐτὸν ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ, vbi ὁ ῥώξ, acinum vuæ significat, in quo benedictio esse dicitur: paulo inferius de aduentu Christi Sigeberg. legit Antichristi.

Caput secundum.

Anno Domini 356.

IVlius vrbis Romæ Episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Domini epistolam vnam, quę illo quidem tempore vtilis visa est, aduersum eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut & naturas. Nunc autem perniciosa probatur: Fomentum enim est Eutychianæ & Timotheanæ impietatis.

Caput

Caput Tertium.

PAulinus presbyter discipulus B. Effrem Diaconi, homo acris valdè ingenij, & in diuinis doctus scripturis, sed viuēte magistro clar⁹ in doctorib. Ecclesiasticis fuit, & maxime ex tempore declamator. Post illius autem obitum amore Primatus & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa: Huic obitur⁹ B. Effrem astāti sibi dixisse fertur: Vide Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleueris. Sed cum te ad purum com prehendisse putaueris Deum, crede, nec intellexisse: Præsenserat enim illū ex studijs vel sermonibus noua inuesti gare, & in immensum intellectum hæresèon tendere. Vnde & frequenter Bardesanem nouellum vocabat. An. D. 390

ANNOTATIONES.

Honorius hunc scriptorem Paulonam vocat. cui suffragantur ex m. s. cod. nostris, Viridis Vallis, Gemblacensis, & Sigebergensis: alij Paulonium appellant.

Caput quartum.

An.D.360 VItellius Afer Donatianorum ſciſma defendẽs, ſcripſit de eo, quod odio ſint mundo ſerui Dei, in quo ſi ta cuiſſet de noſtro, velut perſecutorum nomine, egregiam doctrinam ediderat, ſcripſit & aduerſum gentes, & aduerſum nos velut traditores in perſecutione diuinarum Scripturarum, & ad Regulam Eccleſiaſticam pertinẽtia multa diſſeruit. Claruit ſub Conſtante filio Conſtantini Principis.

ANNOTATIONES.

In Gembla. m. ſ. cod. erat: Quod ſit odio mundus Dei ſeruus.

Caput quintum.

An.D.360 MAcrobius, presbyter & ipſe, vt ex ſcriptis Optati cognouimus, Donatiſta, & ſuorũ poſtea in vrbe Roma occultus Epiſcopus fuit: Scripſit cũ adhuc in EccleſiaDei presbyter fuiſſet, ad Confeſſores, & ad virgines librum vnum moralis quidem, ſed valdè neceſſariç doctrinç, & præcipuç, ad cuſtodiendam caſtitatem aptiſſimis valdè ſen-

tentijs communitum: Claruit inter nostros primum Africæ, & inter suos, id est, Donatianos siue Montenses postea Romæ.

ANNOTATIONES.

Hoc in Scriptore textum historiæ nonnihil emendauimus ex collisione nostrorum m. s. codicum.

Caput sextum.

HEliodorus presbyter scripsit librum de naturis rerum exordialium, in quo ostendit, vnum esse principium, nec quicquam coæuum Deo: nec mali conditorem Deum, sed ita bonorum omnium creatorem, vt materia, quæ ad malũ versa est, post inuentam malitiã, à Deo sit facta, nec quicquam materialium absque Deo credatur conditum, aut fuisse alium rerum creatorem præter Deum, qui præscientia sua cum præuideret morti dari naturam, præmonuit de pœna. Anno Domini 380.

ANNOTATIONES.

M. s. codex Gemblacensis & Viridis Vallis, pro morti dari, habent, mutandam, vt & Sigebergen.

Caput ſeptimum.

Anno Domini 390.

PAchumius monachus, vir, tam in docendo, quàm in ſigna faciendo Apoſtolicæ gratiæ, & fundator Aegypti Cœnobiorum, ſcripſit regulam vtrique generi monachorum aptam, quam angelo dictante perceperat: Scripſit & ad collegas prępoſituræ ſuæ epiſtolas, in quibus alphabetum myſticis tectum ſacramentis, velut humanæ conſuetudinis excedens, intelligentiam clauſit, ſolis credo eorum gratiæ vel meritis manifeſtatum: vnam ad Abbatem Syrum, vnam ad Abbatem Cornelium. Ad omnium monaſteriorum Præpoſitos, vt in vnum antiquius monaſterium, quod lingua Aegyptiaca Baum vocatur, cōgregati Paſchę diem velut æterna lege celebrent, epiſtolam vnam: Similiter & ad diem Remiſſionis, quæ menſe Auguſto agitur, vt in vnum Præpoſiti congregarentur, epiſtolam vnam: Et ad fratres qui foras monaſterium miſſi fuerant operari, epiſtolam vnam.

ANNO-

ANNOTATIONES.

M.ſ. codices noſtri hunc ſcriptorem Pachomi um nominant. Honorius & Tritthemius Bachomium. In libello Coloniæ anno 1531. impreſſo, de officio Rectoris Eccleſiæ, citantur Pacomij Abbatis ſententiæ, porrò quod eſt in contextu, excedentem intelligentiam: noſtri codices habent excedens, & quidem rectius, refertur enim ad alphabetum, præterea pro Baum, cod. Gembl. & Virid. Vall. habent Bauaî.

Caput octauum.

THeodorus presbyter, ſucceſſor gratiæ & præpoſituræ ſupradicti Abbatis Pachumij, ſcripſit ad alia monaſteria ſanctarum ſcripturarum ſermone digeſtas, in quibus tamen frequẽter meminit magiſtri, & inſtitutoris ſui Pachumij, ac doctrinæ ei9, ac vitæ proponit exempla, quæ ille, vt doceret, Angelo adminiſtrante didicerat: ſimul & hortatur permanendũ in propoſito cordis & ſtudij, & redire in concordiam & vnitatem eos, qui poſt Abbatis obitum, diſceſſione facta, à cœtu ſemetipſos abſciderant vnitatis: Sunt autem

Anno Domini 420
Tritth.

manibus, & necdum expleta sunt. Aduersus Iouinianum libros duos, & ad Pammachium Apologeticum & Epitaphium.

ANNOTATIONES.

Consolatoriam de morte filij: m. s. cod. nostri et Lypsiani habent filiæ, quos comprobat & Sophronius, qui vertit τῆς θυγατρός. ad Galat. commen. lib. 3. post hæc verba m. s. cod. nostri omnes habebãt in epistolã ad Ephesios Commẽtariorũ libros tres. captiui monachi vitã & B. Hilarionis: hanc etiã sententiam retulit Sophronius. βίον αἰχμαλώτου μοναχοῦ, βίον τοῦ μακαρίου ἱλαρίωνος: in Gemb. cod. erat, captiuum monachum, vitam beati Hilarionis, quã lectionẽ & Lypsius ex suis adnotauit.

Suffridus Petrus Leouardiensis Candido lectori S. P. D.

Reperitur in plerisq; codicibus antiquis huic libello subiunctus Hieronymi titulo Tractatus, de xij. Scriptoribus Ecclesiasticis: quem vt Hieronymo suppositum, & luce indignum, consulto omisimus: quod hic admonendum duximus, ne quis à nobis temerè aliquid in hoc argumẽto prætermissum putet, quod Hieronymianũ sit. Videat autem de hoc opere, si quis volet, Erasmi Rot. iudicium, parte tertia secundi tomi operum D. Hieronymi, aut si adeo bonas horas male collocare iuuat, illinc petat & legat quoad lubet; Vale.

GENNADII MASSILIENSIS PRESBYTERI OPVS DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

SVFFRIDVS PETRVS Leouardiensis Candido lectori salutem P. D.



Igebertus Gemblacensis infra in Catalogo suo ca. 30. hunc Gennadium vocat Episcopum, sicut & Platina in Symmacho eum appellat Episcopũ Massiliensem. Vualafridus autem cap. 20. De officiis Massiliensem Presbyterum appellat, sicut & Iohannes Tritthem. Quin & ipse Gennadius in Coronide huius operis, scripta sua recensens, Massiliensem presbyterum se vocat, ideoque & nos hunc illi titulum tanquam genuinum attribuemus, donec solidioribus argumentis nobis de alio fides facta fuerit: nam qui Episcopum fuisse scribunt, decepti videntur similitudine nominis

nis Episcopi Constantinopolitani, cui item nomen fuit Gennadius, de quo noster hic Gennadius ca. 90. agit: Planè autem Gennadius hic noster cum iudicio legendus est, non solum quod ipse scriptores aliquot hic probet, quos reprobauit Ecclesia, verum etiam quod à Catholicis quibusdam pro studio nonnulla huic addita sint medelæ gratia, quæ ad ipsum Gennadium non pertinent. Ideoq; quo cautius eum lector Candidus legat, de vtroque quod diximus, censuram hic subijciemus, Præstantissimo viro ac gratissimo Theologo, Dn. M. N. Iohanni Molano, Louaniensis Pontificij ac Regij librorum censore, quam ille nobis pro suo erga Ecclesiam Catholicam studio impartire dignatus est. Cēsura de Gennadio. *Quod autem hic Gennadius fuerit factionis Gallorum (inquit) de quibus in epistolis Prosperi & Hilarij præfixis libro, de Prædest. Sanctorum & bono persecutionis, patet in eius Catalogo: vt enim omittam, quod Ruffinum Hieronymo præferat, & Seueri Dialogum laudet, quem Hieronymus in cap. 36. Ezechielis, & post eum Gelasius reprobat, expressè damnat librum Prosperi contra Collatorem, & laudat Cassianum, item Faustum in materia gratiæ, et liberi arbitrij, cum Gelasius vtrumque damnet, laudato Prospero: Sicut Faustum hæreticum ostendit Maxentius in fine libri sui contra epistolam Possessoris, & Petrus Diaconus, cum suis in libello ad Fulgentium misso, qui à Fulgentio approbatur: Cōtra quem Fau-*

In Ruffino caput 17.
in Seuero Sulpitio cap. 19.

stum

stum tanquam occultè Pelagianis consentientem scripsisse Fulgentium testatur Vincentius in Speculo historiali, lib. 2. ca. 106. Sanè contra Cassianũ & Faustum, similesq; congregatũ videtur Arausicanũ Concilium secundum, iussu Leonis primi. Isidorus in Catalogo. Fulgẽtius scripsit de gratia & libero arbitrio libros Respõsionũ septẽ. In quib. Fausto Galliæ Regiensis vrbis Episcopo, Pelagianæ prauitati consentienti annititur eius profundam destruere calliditatem: Imò Gennadius laudat librum Eulogiarum Pelagij, quem libro 1. contra Pelagianos tanquam hæreticum reijcit Hieronymus. Nam ibi docetur omnes voluntate propria regi, & posse esse hominem sine peccato, & facilè mandata Dei custodire, si velit: Quem Augustinus hæreticum esse ostendit, epistola 89. ad Hilarium: Omittimus quod in Euagrio laudet Apathian, quem Hieronymus damnatum ab Episcopis, tanquam Origenistam asserit, Epistola ad Ctesiphontem, & damnat eius Apathiam: Hactenus ille de prauitate Gennadij. De ijs, quæ in Gennadiũ ab alijs infarta sunt, idẽ ait, Codex manuscriptus (inquit) in Parco sic concludit Catalogũ Gennadij, omisso Honorato, quem nos postremo loco habemus in operibus Hieronymi. Ego Gennadius Massiliæ presbyter, scripsi aduersus omnes hæreses libros 8. & aduersus Nestorium libros 6. & aduersus Pelagium libros 3. & tractatus de mille annis, de Apocalypsi B. Iohannis, &

hoc opus de fide mea misi ad Gelasium vrbis Romæ Episcopum. Hic notandum est, vt constet, eum librum, qui in antidoto contra hæreses ponitur cõtra Nestorium, esse Gennadij non Gelasii, & facilis potuit esse immutatio nominũ, quia Gennadius ad Gelasium scripsit: & arbitror in libro nostro omissum esse Gennadium extremum, & positum Honoratũ, quia Honorati fidem approbauit Gelasius, non Gennadij, vt videlicet Honoratus sit positus tanquam medicamentum, sicut medicamẽta habet liber de Ecclesiasticis dogmatibus. Sanè cod. m. s. in Parco in Catalogo Gẽnadij habet multa medicamenta: Pro eo enim quod Gennadius dicit de Augustino (licet enim capacibus dubitationem de abortiuis faceret, error tamen illius sermone multo, vt superius dixi, contractus lucta hostium exaggeratus, necdũ hæresis quæstionẽ dedit, sic habet cod. Parcẽsis scriptus, omissis istis verbis: Egregio ingenio et excellenti studio Ecclesiæ seruiens Iuliani hæretici libris, inter impetum obsidentium Vandalorũ in ipso dierum suorũ fine respõdit, & in defensione Christianæ sapientiæ perseuerans, moritur, Theodosio & Valentiniano regnantibus: Et de Prospero sic adducit scriptus liber, postquam dixit Cassianum & Prosperum sententias cõtrarias habere de gratia & libero arbitrio: Hic etiam Prosper post obitum B. Augustini, eius, contra inimicos gratiæ Christi defensor extitit: & post Faustum sic subditur in libro scripto

Parcen-

Parcensium & Bethlehemitarum ca. 86. Cæsarius Arelatensis Episcopus vir sanctitate & virtute celeber, scripsit egregia & grata valde, & monachis necessaria opuscula: de gratia quoq; & libero arbitrio edidit testimonia scripturarum et Sanctorum Patrum iudicijs munita, vbi docet, hominem de proprio nihil agere boni, nisi eum diuina gratia preuenerit: quod opus etiã Papa Felix per suam epistolã roborauit, & in latinis promulgauit. Floruit eo tempore quo & Faustus Anastasio Remp. gubernante: hæc scriptus cod. Hæc non videntur Gennadij, sed Catholici, volentis mederi Gẽnadio: Hic Cæsarius primus subscripsit in secundo Concilio Arausicano, & fit hic mẽtio Felicis Papæ tertij: Licet autem Gennadius in Catalogo recenseat in Pomerio, Pomerium dispu tare de Originali peccato, non tamen putandus est Gennadius hoc approbare. Hic enim Pomerius (secundum Isidorum in Catalogo ca. 12.) in secundo sui operis libro Tertulliani erroribus consentiens, animam corpoream esse dixit, quibusdã fallacib. argumẽtis hoc adstruere cõtendens. Hæc Isidorus. Certũ est hoc non approbasse Gennadiũ: Hæc ille: quibus & nostri cod. m. s. pleriq; suffragãtur, vt suis locis indicaturi sumus: Nec est vllũ præsentius huius rei argumentũ, quã quod cod. m. s. quo vetustiores sunt, eo pauciora Gẽnadio me dicamẽta addidisse dep̃hendãtur. Honorius certè, qui volens vtiq; neminē omisisse videtur (vtpotè

cum

cum etiam Dionysium Areopagitam Hieronymo conseruauerit, quę in Catalogo apud ipsum Hieronymum codices omnes desiderant) Auitum ca. 47. & Pomerium cap. 98. & Honoratum Massiliensem, cap. 99. in Gennadij Catalogo positum pro Gennadianis non agnoscit: Huc accedit, quod in cod. m. s. Martiniano, satis recenti, vt videtur, quo nos inter cæteros vsi sumus, hunc Prologum, quem proinde ad verbum hic subijcere placuit, Gennadio præpositum reperimus, qui vtiq; cum ad Gennadium nihil faciat, medelæ gratia ei additus videri debet, & sinistram Gennadij de Hieronymo censurã, de qua supra dictũ est, oportunè mitigaret: Prologus ita habet: Hieronymus noster literis Græcis ac latinis Romæ apprimè eruditus, presbyter quoque ibidem ordinatus est: porrò ad Bethlehem oppidum Iuuenis aduenit. vbi prudens animal ad præsepe Domini sese obtulit permãsurum: Inter cætera operum suorum opuscula vsque ad Theodosij quartumdecimum Imperij annum à Beato Petro sumens exordium, vsq; in semetipsum de viris Illustribus scripsit: Innumeris præterea Apostolorum prophetarumq; cõstructionibus editis immobilem Catholicæ turrim Ecclesiæ contra perfidorum iacula consummauit: Literis quoque Hebraicis atq; Chaldaicis ita edoctus, vt omnes Testamenti veteris libros ex Hebræorum scilicet codicibus verteret in Latinum: Danielem quoque Prophetam Chaldaico stylo locutum

ñutum, & Iob iustum Arabico, in Romanam linguam vtrumque authorem perfecta interpretatione mutauerit: Matthæi nihilominus Euangelium, ex Hebræo fecit esse Romanum: Nam mẽtis corporisq; virginitatem, & delictorum pœnitentiam prædicans atque custodiens, solus omniũ Romanorum oẽs sedecem Prophetarum cõmẽtatus est libros. In cunctis præterea librorum suorũ prologis ita se luculentissimum interpretem, & in immenso epistolarum suarum volumine neruosum Catholicis exhibet lectoribus, vt nec perfidis quandoq; pepercisse, nec inuidis cessisse videatur: Nonagenarius fermè, vt perhibẽt, postea in Domino requieuit, quem Stridon oppidum genuit, Roma inclyta erudiuit, Bethlehem alma tenuit, spiritum Aula cælestis suscepit. Claruit maximè sub Theodosio Principe, & filijs eius Arcadio & Honorio.

CAPVT PRIMVM.



IAcobus cognomẽto sapiens Nizibenę nobilis Persarum modo ciuitatis Episcopus, vnus ex numero sub Maximiano persecutore Cõfessorum fuit, & eorum, qui in Nicena

Floruit Anno Christi, 330. Trith.

cena synodo Arianorũ peruersitatem ὁμοουσίου oppositione damnarunt: Hũc virũ B. Hieronymus in libro χρονικῶν velut magnarũ virtutũ hoĩem nominãs, in Catalogo scriptorum illustriũ, cur non posuerit, facilè excusabitur, si considerem⁹ qđ ipsos tres vel quatuor Syros quos posuit, & interpretatos in grę cum se legisse testetur. Vnde constat eum illo tẽpore ignorasse Syram linguã vel literas, & ideo hunc, qui necdũ versus est in aliã linguam, nesciisse scriptorem. Cõpręhendit autem omne opus suum in viginti sex libris:

1. De fide.
2. Contra omnes hæreses.
3. De charitate generali.
4. De dilectione erga proximum speciali.
5. De ieiunio.
6. De oratione.
7. De Resurrectione.
8. De vita post mortem.
9. De humilitate.
10. De patientia.
11. De pœnitentia.
12. De Satisfactione.
13. De virginitate.
14. De sensu animæ.
15. De Circuncisione.
16. De acino benedicto ꝑ quo in Esaia legitur, non est exterminandus botrus.
17. De Christo, qđ filius Dei sit, & consubstantialis patri.
18. De Castitate.
19. Aduersus gentes.
20. De constructione Tabernaculi.
21. De gentiũ conuersiõe.
22. De regno Persarum.
23. De persec. Christian.

24. Composuit & Chronicon minoris quidē, quā Græcorum curiositatis, sed maioris fiduciæ: quia diuinarum scripturarū tanta authoritate conscriptum comprimit ora eorum, qui præsumptuosa suspicione de aduentu Christi vel Domini nostri inaniter philosophantur.

Moritur hic vir Constantij tempori bus, iuxta præceptū patris eius Constātini intra muros vrbis Nizibenæ sepelitur, ob custodiam videlicet ciuitatis, quod secundum fidem Constantini euenit. Nam post multos annos ingressus Iulianus vrbem, & vel gloriæ sepulti inuidens, vel fidei Constātini, cuius ob id domum persequebatur, iussit efferri de ciuitate S. corporis reliquias, & post paucos menses consulendæ licet Reipub. causa Iouianus Imperator, qui Iuliano successerat, tradidit Barbaris ciuitatem, quę vsq; hodie Persarum ditioni cum finib. suis subiecta seruit.

ANNOTATIONES.

Codex excusus testatur hunc scriptorē comprehēdisse omne opus suū libris 25. cui & m.s. co Gēbl. suffragatur: Reliqui cod. nostri habēt 26. sed recensent modo 24. Trith. habet itē 25. quos & enumerat, sed ille cod. vitio deceptus ex vno libro 2. fecit.

Ille

Ille enim liber quem verbis Esaiæ tribuit, planè idem est cum eo, quem tribuit Azymi benedictioni: Quod quidem esse verum facilè deprahendet, quisquis animaduerterit, pro Azymi hic legendum esse Acini. Sic enim in manuscriptis codicibus, Gemblacensi, & Affligenio, & Viridis Vallis, & Sigebergensi expressè legitur. Et de Acini benedictione, verba hæc extant apud Esa. ca. 65. & Botrimẽtio Acinũ hic legi oportet satis euidẽter arguit: Græcus textus ita se habet, ὅν τρόπον εὑρηθήσεται ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι, μὴ λυμήνῃ αὐτὸν ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ, *vbi* ὁ ῥώξ, *acinum vuæ significat, in quo benedictio esse dicitur: paulo inferius de aduentu Christi Sigeberg. legit Antichristi.*

Caput secundum.

Anno Domini 356.

IVlius vrbis Romæ Episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Domini epistolam vnam, quę illo quidem tempore vtilis visa est, aduersum eos, qui ita duas per incarnationem asserebant in Christo personas, sicut & naturas. Nunc autem perniciosa probatur: Fomentum enim est Eutychianæ & Timotheanæ impietatis.

Caput Tertium.

PAulinus presbyter discipulus B. Effrem Diaconi, homo acris valdè ingenij, & in diuinis doctus scripturis, sed viuēte magistro clar⁹ in doctorib. Ecclesiasticis fuit, & maxime ex tempore declamator. Post illius autem obitum amore Primatus & nominis, separans se ab Ecclesia, scripsit contraria fidei multa: Huic obitur⁹ B. Effrem astāti sibi dixisse fertur: Vide Pauline, ne te submittas cogitationibus tuis, & eleueris. Sed cum te ad purum com præhendisse putaueris Deum, crede, nec intellexisse: Præsenserat enim illū ex studijs vel sermonibus noua inuestigare, & in immensum intellectum hæreseon tendere. Vnde & frequenter Bardesanem nouellum vocabat. An. D. 396

ANNOTATIONES.

Honorius hunc scriptorem Paulonam vocat. cui suffragantur ex m. s. cod. nostris, Viridis Vallis, Gemblacensis, & Sigebergensis: alij Paulonium appellant.

Caput quartum.

An.D.360 VItellius Afer Donatianorum ſciſma defendēs, ſcripſit de eo, quod odio ſint mundo ſerui Dei, in quo ſi tacuiſſet de noſtro, velut perſecutorum nomine, egregiam doctrinam ediderat, ſcripſit & aduerſum gentes, & aduerſum nos velut traditores in perſecutione diuinarum Scripturarum, & ad Regulam Eccleſiaſticam pertinētia multa diſſeruit. Claruit ſub Conſtante filio Conſtantini Principis.

ANNOTATIONES.

In Gembla. m. ſ. cod. erat: Quod ſit odio mundus Dei ſeruus.

Caput quintum.

An.D.360 MAcrobius, presbyter & ipſe, vt ex ſcriptis Optati cognouimus, Donatiſta, & ſuorū poſtea in vrbe Roma occultus Epiſcopus fuit: Scripſit cū adhuc in Eccleſia Dei presbyter fuiſſet, ad Confeſſores, & ad virgines librum vnum moralis quidem, ſed valdè neceſſariç doctrinę, & præcipuę, ad cuſtodiendam caſtitatem aptiſſimis valdè ſen-

tentijs communitum: Claruit inter nostros primum Africæ, & inter suos, id est, Donatianos siue Montenses postea Romæ.

ANNOTATIONES.

Hoc in Scriptore textum historiæ nonnihil emendauimus ex collisione nostrorum m. s. codicum.

Caput sextum.

HEliodorus presbyter scripsit librum de naturis rerum exordialium, in quo ostendit, vnum esse principium, nec quicquam coæuum Deo: nec mali conditorem Deum, sed ita bonorum omnium creatorem, vt materia, quæ ad malū versa est, post inuentam malitiā, à Deo sit facta, nec quicquam materialium absque Deo credatur conditum, aut fuisse alium rerum creatorem præter Deum, qui præscientia sua cum præuideret morti dari naturam, præmonuit de pœna. Anno Domini 350.

ANNOTATIONES.

M. s. codex Gemblacensis & Viridis Vallis, pro morti dari, habent, mutandam, vt & Sigebergen.

ANNOTATIONES.

M. ſ codices noſtri hunc ſcriptorem Pachomi um nominant. Honorius & Tritthemius Bachomium. In libello Coloniæ anno 1531. impreſſo, de officio Rectoris Eccleſiæ, citantur Pacomij Abbatis ſententiæ. porrò quod eſt in contextu, excedentem intelligentiam: noſtri codices habent excedens, & quidem rectius, refertur enim ad alphabetum, præterea pro Baum, cod. Gembl. & Virid. Vall. habent Bauai.

Caput octauum.

THeodorus presbyter, ſucceſſor gratiæ & præpoſituræ ſupradicti Abbatis Pachumij, ſcripſit ad alia monaſteria ſanctarum ſcripturarum ſermone digeſtas, in quibus tamen frequẽter meminit magiſtri, & inſtitutoris ſui Pachumij, ac doctrinæ ei⁹, ac vitæ proponit exempla, quæ ille, vt doceret, Angelo adminiſtrante didicerat: ſimul & hortatur permanendũ in propoſito cordis & ſtudij, & redire in concordiam & vnitatem eos, qui poſt Abbatis obitum, diſceſſione facta, à cœtu ſemetipſos abſciderant vnitatis: Sunt autem Anno Domini 420 Tritth.

autem huius exhortationis epistolæ tres.

Caput nonum.

An D.420 Tritth. ORiesiesis monachus amborũ, id est, Pachumij & Theodori collega, vir in sanctis scripturis ad perfectũ instructus, composuit librũ diuino cõditum sale, totiusq; monasticæ disciplinæ instrumentis constructũ, & vt simpliciter dicam, in quo totum penè vetus & nouum testamentũ compendiosis disertionib. iuxta monachorũ duntaxat necessitatem, inuenitur expositum: Quem tamẽ vice Testamenti prope diem obitus sui fratribus obtulit.

ANNOTATIONES.

Hic scriptor in excusis exemplaribus vt & apud Honorium, & Trithemium Oriesiesis, in nostris m.s.cod. Orestesis est.

Caput decimum.

An.D.350. Tritth. MAcarius monachus ille Aegyptius, signis & virtutib. clar⁹, vnã tantum ad iuniores professionis suæ scripsit epistolam, in qua docet, illum perfectè posse seruire Deo, qui conditionem

tionem creationis suæ cognoscens, ad omnes semetipsum inclinauerit labores, & luctando atq; Dei auxilium aduersum omne, qđ in hac vita suaue est, explorando, ad naturalē quoq; per ueniens puritatē, continentiā velut naturæ debitum munus obtinuerit.

Caput vndecimum.

EVagrius monach⁹, supradicti Macarij familiaris discipulus, diuina atque humana literatura insignis. Cuius etiā liber, qui attitulatur, vitæ Patrum, velut continentissimi, & eruditissimi viri mentionem facit, scripsit multa monachis necessaria: ex quibus ista sunt: Aduersum octo principaliū vitiorū suggestiones, quas aut primus aduertit, aut inter primos didicit, octo ex S. scripturarū testimonijs opposuit libros, ad similitudinē videlicet Domini, qui tentatori suo sēper scripturarū testimonijs obuiauit, ita vt vnaquæq; species vel diaboli, vel vitiatæ naturæ suggestionū contra se haberet testimoniū: Quod tamē opus eadem simplicitate, qua in Græco inueni, iussus in An. D. 38● Trith.

latinum transtuli:Composuit & Anachoretis simpliciter viuentibus, librũ centum sententiarum per capitula digestum. Et eruditis ac studiosis quinquaginta Sententiarum, quem ego latinum primus feci: nam superiorem olim translatum, quia vitiatum per tempus & confusum vidi, partim reinterpretando, partim emendando, authoris veritati restitui. Composuit & Cœnobitis & Synoditis doctrinam aptam vitæ communis. Et ad virgines Deo sacratas libellum competentẽ religioni & sexui: Edidit & paucas sentẽtiolas valde obscuras, & vt ipse in his ait, solis monachorum cordibus cognoscibiles. quas similiter ego latinis edidi. Vixit longa ætate, signis & prodigijs pollens.

ANNOTATIONES.

Hieronymus supra cap. 125. de Euagrio Antiochiæ Episcopo egit, qui ab hoc diuersus esse videtur. Tritthemius tamen hunc cũ illo confundit. Quod aũt hic dicitur signis & prodigijs pollens, in m. s. nostris pro prodigijs est virtutibus: De hoc Euagrio dictum est supra in censura. tu vide amplius epistolam D. Hieronymi ad Ctesiphontem, & ibidem annotationes Erasmi.

Caput duodecimum.

THeodorus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter, vir ſcientia cautus, & lingua diſertus, ſcripſit aduerſum Apollinariſtas & Eunomianos de incarnatiõe Domini libros quindecem, ad quindecem milia verſuum continẽtes. In quibus ratione puriſſima & teſtimonijs ſcripturarum oſtendit, Dominum Ieſum, ſicut plenitudinem deitatis, ita plenitudinem humanitatis habuiſſe. Docet & hominem duabus tantum ſubſtantiis conſtare, id eſt, anima & corpore, ſenſumque & ſpiritum nõ alteram ſubſtantiam, ſed officia eſſe animæ ingenita, quibus ſpirat, quibus rationalis eſt, quibus ſenſibile facit corpus: Quartumdecimum autem huius operis librũ propriè de increata & ſola incorporea, dominaq; omnium ſanctæ Trinitatis natura, & de Creaturarum ratione differens, pio ſenſu cum authoritate ſanctarum ſcripturarum explicuit: Quintodecimo verò volumine totum operis ſui corpus, citatis etiam Patrum traditionibus cõfirmauit, & communiuit.

Anno Domini 360 Trith.

ANNOTATIONES.

De incarnatione libros: nostri codices exprimunt hic librorum numerum, scilicet 15. quem proinde reposuimus. Nam deinde tribuunt eisdē libris quindecim millia versuum.

Caput decimumtertium.

Anno Domini 380. Trith.

PRudentius vir seculari literatura eruditus, cōposuit διττοχαῖον de toto veteri & nouo Testamēto, personis exceptis: Commentatus est autem in morem græcorū Hexaëmeron de mūdi fabrica vsque ad conditionem primi hominis, & præuaricationem eius: Cōposuit & libellos, quos Gręca appellatione prætitulauit, ἀποθέωσις ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id est, de diuinitate, de compugnantia animi, de origene peccatorum: fecit & in laudem martyrū, sub aliorum nominibus inuitatorium ad martyrium, librum vnum, & hymnorum alterum, speciali tamen intentione aduersum Symmachum, idololatriam defendentem, ex quorum lectione agnoscitur Palatinus miles fuisse.

Caput

Caput decimumquartum.

AVdẽtius Epiſcopus Hiſpanus ſcri pſit aduerſus Manichęos & Sabellianos,& Arrianos:maximè quoq; ſpeciali intentione cõtra Fotinianos, qui nunc vocãtur Bonoſiaci,librũ , quem prætitulauit, de fide aduerſum omnes hæreticos:in quo oſtendit antiquitatẽ filij Dei coæternalem patri fuiſſe. Nec initiũ Deitatis tũc à Deo Patre accepiſſe,cum de Beata Maria virgine homo Deo fabricante cõceptus & natus eſt. An. D. 390 Tritth.

Caput decimumquintum.

COmmodianus dũ inter ſęculares literas etiã noſtras legit, occaſionem accepit fidei : Factus itaque Chriſtianus & volẽs aliquod ſtudiorũ ſuorũ mun⁹ offerre Chriſto,ſuę ſalutis authori,cõſcripſit mediocri ſermõe quaſi verſu librũ aduerſũ Paganos:Et quia parũ noſtrarũ attigerat literarũ,magis illorũ deſtruere potuit dogmata , quã noſtra firmare : Vnde & de diuinis repromiſſionibus, aduerſum illos vili ſatis & craſſo , vt ita dixerim , ſenſu diſſe- Anno Domini 400. Tritth.

disseruit, illis stuporem, & nobis despe rationem incutiens: Tertullianum & Lactantium & Papiam authores secutus, moralem sanè doctrinam, & maxi mè voluntariæ paupertatis amorem optimè prosecutus, studentibus inculcauit.

ANNOTATIONES.

Quasi versu: m. s. codices pro versu, habebant, librum. mihi vtrumque retinendum videtur, vt sit sensus plenus, ideoque vtrumque expressi: & quia patrum nostrorum attigerat literas, m. s. codices hic pro Patrum, habent Parum. quod quo niam sensus ipse flagitat, vt genuinam reposui.

Caput decimumsextum.

An.D. 390 Tritth. FAustinus presbyter scripsit ad personam Flacillæ Reginæ aduersum Arrianos, & Macedonianos libros septem. His eos maximè sanctarum scripturarum testimonijs arguens & conuincens, quibus illi prauo sensu vtuntur ad blasphemiam: Scripsit & librū, quem Valentiniano & Theodosio, & Arcadio Imperatoribus pro defensione suorum cum Marcellino quodam pres-

presbytero obtulit. Ex quo ostēditur, Luciferiano schismati cōsensisse, quia Hilarium Pictauiensem & Damasum vrbis Romæ Episcopos in eodem libro culpat, quasi malè consuluerint Ecclesiæ, quod præuaricatores Episcopos in communionem & Sacerdotium, pacis recuperandæ gratia recepissent: Quod Luciferianis ita displicuit recipere Episcopos, qui in Ariminensi concilio Arrianis communicauerant, quo modo Nouatianis apostatas pœnitentes.

Caput decimumseptimum.

RVffinus Aquileiēsis Ecclesię presbyter, non minima pars fuit Doctorum Ecclesiæ, & in transferendo de Græco in Latinum elegans ingenium habuit: Denique maxima parte gręcorum bibliothecam latinis exhibuit: Basilij scilicet Cæsariensis Cappadociæ Episcopi: Gregorij Nazianzeni eloquētissimi hominis, Clementis Romani recognitionum libros: Eusebij Cæsariensis Palestinæ Ecclesiasticam historiam

An.D.400 Trith.

riam:Xysti sententias, Euagrij sententias:Interpretatus est etiam sententias Pamphili Martyris aduersum Mathematicos:Horum omniũ quæcunq; pmissis prologis à latinis legũtur à Ruffino interpretata sunt : Quæ sunt sine prologo, ab alio trãslata sunt, qui prologum facere noluit. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus aliquanta, transtulit, quæ suo prologo discernuntur: Proprio autem labore, imò gratia Dei, & dono exposuit idem Ruffinus Symbolum, vt in eius comparatione alij nec exposuisse credantur: Differuit & Benedictionem Iacob super Patriarchas, triplici, id est, historico, morali, & mystico sensu : Scripsit & Epistolas ad timorem Dei hortatorias multas, inter quas præeminent illæ, quas ad Probam dedit. Historiæ etiam Ecclesiasticæ, quam ab Eusebio scriptam, & ab ipso interpretatam, addidit decimum & vndecimum librũ: Sed & obtrectatori opusculorum suorum respondit duobus voluminibus, arguens & conuincens se Dei intuitu, & Ecclesiæ vtilitate auxiliante Domino

no

no ingenium agitasse, illum verò ęmulationis stimulo incitatum, ad obloquium stylum vertisse.

ANNOTATIONES.

Sed & obtrectatori: obtrectatorem hunc vocat D. Hieronymum: aduersus quem Ruffinus edidit inuectiuarum libros duos, & nota est controuersia inter hos ex operibus Hieronymi. Hinc autem patet, Gennadium Hieronymo praeferre Ruffinum, quod in censura supra dictum est. Quid verò de Ruffini operibus senserit Pontifex Gelasius, videat lector, Distinct. 15. Cap. Sancta Romana.

Caput decimumoctauum.

TIchonius natione Afer in diuinis literis eruditus iuxta historiã sufficienter, & in sæcularibus nõ ignarus, fuit in Ecclesiasticis quoq; negocijs studiosus: Scripsit de bello intestino libr. tres, & expositiones diuersarũ causarũ, in quibus ob suorum defensionem, antiquarũ meminit Synodorũ. E quibus omnib. agnoscitur Donatianæ partis fuisse. Cõposuit & Regulas ad inuestigandã & inueniendã intelligentiã scriptura- An. D. 390 Trith.

turarum octo, aliàs septem, quas in vno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim Iohannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spirituale: In qua expositione dixit Angelicam stationem corpus esse: Mille quoque annorum regni in terra iustorum, post resurrectionem futuri suspicionem tulit, neq; duas in carne mortuorũ resurrectiones futuras, vnã iustõrum, & aliam iniustorum, Sed vnam & semel omnium, in qua resurgent etiã abortiui reformati, ne quid humani generis deformatum animatæ substãtiæ intereat, ostendit. Distinctionem sanè duarum resurrectionum ita facit: Primam, quam iustorum Apocalypsis dicit, credimus modò in Ecclesiæ incremento agi, vbi iustificati per fidem à morticinis peccatorum suorum, per Baptismum ad vitæ æternæ stipẽdium suscitantur: Secundum vero generaliter omnis hominum carnis. Floruit hic vir ętate qua iam memoratus Ruffinus, Theodosio & filio eius regnantibus.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Aliquot locis hic textum præsidio codicum m.s. repurgauimus, quorum cum rationes conferenti per se euidentes sint, operæpretium non esse duximus omnia singulatim pluribus recensere.

Caput decimumnonum.

SEuerus presbyter cognométo Sulpitius Aquitanicę prouincię, vir genere & literis nobilis, & paupertatis atq; humilitatis amore conspicuus: Clarus etiam Sanctorum virorũ Martini Turonensis Episcopi, & Paulini Nolensis notitia, scripsit non contemnẽda opuscula: nam epistolas ad amorem Dei, & contemptum mundi hortatorias scripsit sorori suę multas, quæ notæ sunt: Scripsit ad Paulinum prędictum duas, & ad alios alias. Sed quia in aliquibus etiam familiaris necessitas inserta est, non digeruntur: Composuit & Chronica. Scripsit & ad multorum profectum vitam B. Martini monachi & Episcopi, signis & prodigijs ac virtutibus illustris viri: Et collationem Postumiani & Galli, se mediã- Anno Domini 420 Tritth.

te & Iudice, De conuersatione monachorum Orientalium & ipsius Martini habitam, in dialogi speciem tribus incisionibus comprehendit: In quorum priore refert suo tempore apud Alexandriam in Synodo Episcoporũ decretum, Origenem cautius à sapientibus pro bonis legendum, & à minus capacibus, pro malis refutandum. Hic in senectute sua à Pelagianis deceptus, & agnoscens loquacitatis culpam, silentium vsque ad mortem tenuit, vt peccatum quod loquendo contraxerat, tacendo penitus emendaret.

ANNOTATIONES.

Hic etiam opera m. s. codicum locos aliquot in contextu emendáuimus, quorum ratio, facilis cũ sit, enumeratio minus videtur necessaria.

Caput xx.

An. D. 390 Tritth.

ANtiochus Episcopus scripsit aduersus auaritiam vnum & longũ volumẽ. Et in curatione cæci, qui à Saluatore illuminatus est, Homeliam cõposuit, compunctione timoris Dei, & humilitatatis plenam, moritur Arcadij

dij Imperatoris tempore.

ANNOTATIONES.

Trithemius huic scriptori plura opera tribuit: & quod hic vnum longum volumen dicitur, in duos libros diducit.

Caput xxi.

SEeuerianus Gauellensis Ecclesiæ Episcopus in diuinis scripturis eruditus, & in Homelijs declamator admirabilis fuit. Vnde & frequenter ab Episcopo Ioanne & Imperatore Arcadio ad faciendum sermonem, Constantinopolim vocabatur: Legi eius expositionem in epistolam ad Galatas, & de Baptismo, & Epiphaniæ solennitate libellum gratissimum: moritur minori Theodosio imperante. Anno Domini 406. Tritth.

ANNOTATIONES.

Gauellensis: codex Gemblacensis habet Gauillensis, in alijs plerisq; erat Gabalensis: nos nihil mutamus.

Caput xxij.

NIceas Rom. ciuitatis Episc. cōposuit simplici & nitido sermōe cōpetentib. ad Baptismum instructionis Anno Domini 420. Tritth.

libellos ſex. In quibus cõtinet primus, qualiter ſe debeant habere competentes, qui ad Baptiſmi gratiam cupiunt peruenire. Secundus eſt de Gentilitatis erroribus. In quo dicit ſuo penè tẽpore Melchidium quendam Patremfamilias ob liberalitatem, & Gadariũ ruſticum ob fortitudinem ab Ethnicis eſſe inter Deos tranſlatos. Tertius liber de fide vnicæ Maieſtatis. Quartus aduerſus Genethlogiam. Quintus de Symbolo. Sextus de agni Paſchalis victima: Edidit & ad lapſam virginem libellum, penè omnibus labentibus emendationis incentiuum.

ANNOTATIONES.

Romanæ ciuitatis: m. ſ. codex Martinienſis in contextu habet Romacianæ ciuitatis, quam lectionẽ codex Virid. Vallis inter lineas habet adnotatam: inuenio in alijs Romaniciæ.

Caput xxiij.

OLympius natione Hiſpanus Epiſcopus ſcripſit librum fidei aduerſus eos, qui naturam & non arbitrium in culpam vocant, oſtendens non

noncreatione, sed inobedientia insertum naturæ malum.

ANNOTATIONES.

Olympus: hic in plerisque omnibus codicibus m.s. Olympius dicitur, in Gemblacensi autem vocatur Opilius.

Caput xxiiij.

BAcciarius vir Christianæ Philosophiæ, nudus & expeditus vacare Deo disponens, etiam peregrinationẽ pro conseruanda vitæ integritate elegit: Edidisse dicitur grata opuscula. Sed ego ex illis vnum tantum de fide libellum legi, in quo satisfacit Pontifici vrbis aduersus querulos, & infamatores peregrinationis suæ, & indicat se non timore hominum, sed Dei eam peregrinationem suscepisse, vt exiẽs de terra sua, & de cognatione sua, cohæres fieret Abrahæ Patriarchæ. Anno Domini 430. Trith.

ANNOTATIONES.

Bacciarius. cod. Martiniensis, Bacharius, Gemblac. Virid. Vall. Bachiarius, Honorius autem Bachianus habet: Deinde quod hic est, aduersus querulos, in cod. Virid. Vall. est aduersus Cerellos.

Caput xxv.

An.D.440 App. SAbbatius Gallicanæ Ecclesiæ Episcopus, rogatus à quadam casta & Christo dedicata virgine, Secunda nomine, composuit librum de fide aduersus Marcionem & Valētinum eius authorem. Et aduersus Eunomium & eius magistrum Aëtium, ostendens eis ratione & Scripturarum testimonijs, vnum esse Deitatis authorem, & mundi ex nihilo conditorem. Simulque & de Christo, quod non in phantasia homo apparuerit, sed verā habuerit carnem, per quam manducando, bibēdo, lassando, plorando, patiendo, moriendo, resurgendo, verus probatus est homo. His enim Marcion & Valentinus contrarij extiterunt, asserentes duo Deitatis esse principia, & Christum venisse in phantasia. Aëtio verò & Eunomio discipulo eius ostendit Patrem & Filium non duarum esse naturarum & Diuinitatis parilis, sed vnius essentiæ, & alterum ex altero, id est, ex patre filium, & alterum alteri coæter-

num: cui credulitati Aëtius & Eunomius contradicunt.

ANNOTATIONES.

Codex Gemblacensis hunc vocat Sapatium: aduersus Valentinum eius authorem. Vide num legendum sit, auditorem. Consule autem hist. ex Eccles. De successione Marcionis: cod. Sigeberg. ita legit, vnum esse Deitatis principium, vnum esse Dominum æternitatis authorem & mundi, ex nihilo, &c.

Caput xxvi.

ISaac scripsit de tribus personis Sanctæ Trinitatis, & incarnatione Domini librum obscurissimæ disputationis & inuoluti sermonis: Confirmãs ita in vna Deitate tres esse personas, vt tamẽ sit aliquid in singulis proprium, quod non habeat alia: Patrem scilicet hoc habere propriũ, quod ipse sine origine, origo sit aliorũ. Filiũ hoc habere proprium, quod genitus genitore non sit posterior: Spiritũ sanctum hoc habere proprium, quod nec fact⁹ sit, nec genitus, & tamen sit ex altero: de incarnatione verò ita scripsit, vt manentib⁹ in ea duabus naturis, vna credatur filij Dei persona. Anno Domini 450.

ANNOTATIONES.

Hic Isaac, neq; Trithemio neq; eius appendici notus est: floruisse autem videtur circa annũ 450. quantum ex consequentia Catalogi apparet.

Caput xxvij.

An. D. 490 Tritth. VRsinus monachus scripsit aduersus eos, qui rebaptizandos hæreticos decernunt, docens nec legitimũ esse, nec Deo dignũ, rebaptizari illos, qui in nomine vel simpliciter Christi, vel in nomine patris & Filij, & spiritus Sancti, quamuis prauo sensu baptizentur: Sed post Sanctæ Trinitatis & Christi simplicem confessionem sufficere ad salutem manus impositionem Catholici sacerdotis.

Caput xxviij.

An. D. 490 MAcarius alius monachus scripsit in vrbe Romana aduers⁹ Mathematicos librũ, in quo labore Oriẽtalium quæsiuit solatia Scripturarum.

Caput xxix.

An. D. 490 App. HEliodorus alius Antiochiæ presbyter, edidit de virginitate egregium

egregium,& ſacris ſcripturis instructum volumen.

Caput xxx.

IOhannes Hieroſolymorum Epiſcopus ſcripſit aduerſus obtrectatores ſtudij ſui librum,in quo oſtendit Origenis ſe ingenium,non fidem ſecutum. An.D.400 Trith.

Caput xxxi.

PAulus Epiſcopus ſcripſit de pœnitentia libellum,in quo dat legem pœnitentibus , ita debere dolere de peccatis,ne ſupra menſuram triſtitiæ, immenſitate deſperationis mergãtur. Anno Domini 420. Trith.

ANNOTATIONES.

Codex Gemblacenſis & Viridis Vallis hũc vocant Paulinum.

Caput xxxij.

HEluidius Auxẽtij diſcipulus,Symmachi imitator,ſcripſit quidem Religionis ſtudio , ſed non ſecundum ſcientiam librum,neque ſermone,neque vera ratione nitidum, in cuius opere ita ſanctarum ſcripturarum ſen-

ſum ad ſuam peruerſitatem flectere conatus eſt, vt earum teſtimonijs aſſerere voluerit, Sanctam Mariam poſt Natiuitatem Domini, quem virgo peperit, Ioſeph ſpōſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini appellati ſunt. Cuius prauitatem Hieronymus arguens, libellum documentis Scripturarum ſufficienter factum, aduerſum eum ędidit.

Caput xxxiij.

Anno Domini 390. Trith.

THeophilus Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit aduerſum Origenem vnum & grande volumen, in quo omnia penè eius dicta, & ipſum pariter damnat. Similiter docens, nō à ſe primum eum, ſed ab antiquis Patribus, & maximè Heracla fuiſſe, & à presbyterio eiectum, & de Eccleſia expulſum, & de ciuitate fugatum: ſed & Anthropomorphitas hæreticos, qui dicunt, Deum humana figura & membris conſtare: diſputatione longiſſima confutans, & diuinarum ſcripturarum teſtimonijs arguens & conuincens

uincens eos, ostendit, Deum incorruptibilem & incorporeũ iuxta fidẽ Patrũ credendum, neq; vllis omnino membrorum lineamentis compositum, & ob id nihil ei in creaturis simile per substãtiam, neq; cuiquam incorruptibilitatem, aut immutabilitatẽ, aut incorporalitatem suæ dedisse naturę, sed esse omnes intellectuales naturas corporeas, omnes corruptibiles, omnes mutabiles, vt ille solus corruptibilitati, & mortalitati non subiaceat, qui solus habet immortalitatem: Paschę etiam recursum, quem magna apud Niceã synodus post nonaginta & quinq; annos agi in tempore & die, & luna secundum suum statum inuenerat, additis quibusdam ipsius festiuitatis rationibus & expositionib. Theodosio obtulit: Legi & tres de fide libros sub nomine eius titulatos, sed quia lingua inconsonans est, non valdè credidi.

Caput xxxiiij.

EVsebi⁹ scripsit de Crucis Domini mysterio, & Apostolorũ & pcipuè Petri cõstantia, virtute crucis indepta. Anno Domini 390.

Caput

Caput xxxv.

Anno Domini 400. Vigilantius presbyter natione Gallus, Hispaniȩ Barcilonensis Parochiæ Ecclesiam tenuit: Scripsit & ipse zelo quidem Religionis aliqua: sed seductus humana laude, & præsumens supra vires suas, homo lingua politus, non sensu Scripturarum exercitatus, exposuit prauo ingenio secundam visionem Danielis, & alia locutus est friuola, quæ in Catalogo hæreticorum necessario ponuntur. Huic & B. Hieronymus presbyter respondit.

ANNOTATIONES.

In cod. Gemblacensi, Virid. Vall. pro Barcilonensis, Barcinonensis, pro friuola, superflua erat.

Caput xxxvi.

An. D. 420 Simplicianus Episcopus Mediolanēsis multis epistolis hortatus est Augustinum adhuc presbyterum, agitare ingeniū, & expositionibus scripturarū vacare, vt etiā nouus quidā Ambrosius, Origenis ἐργοδιώκτης videretur. Vnde & multas ad eius personam absoluit scripturarum Quæstiones: Est & eius

Epistola

Epiſtola propoſitionum, in qua interrogando quaſi diſciturus docet doctūrum.

ANNOTATIONES.

Præſidio mſ. codicum hic nonnulla emendauimus, quorum ratio cum ſit conferenti euidens, enumeratio videbatur non neceſſaria.

Caput xxxvij.

VIgilius Epiſcopus ſcripſit ad quẽdam Simplicianum in laudẽ Martyrum, libellum & epiſtolam continẽtem geſta ſui temporis apud Barbaros Martyrum. Anno Domini 430.

Caput xxxviij.

AVguſtinus Afer, Hipponenſis Oppidi Epiſcopus, vir eruditione diuina & humana orbi clarus, fide integer, & vita purus, ſcripſit quãta nec inueniri poſſunt: Quis ergo glorietur ſe omnia illius habere? aut quis tanto ſtudio legat, quanto ille ſcripſit? Vnde & multa loquenti accidit, quod dixit per Solomonem Spiritus ſanctus, In multiloquio non effugies peccatum: Edidit tamẽ ſenex, quod iuuenis cœperat de Anno Domini 430. Trith.

de Trinitate libr.xij. (aliàs 15.) in quibi vt scriptuta ait, introductus in cubiculum Regis, & decoratus veste multifaria sapientiæ Dei, exhibuit Ecclesiã nõ habentem maculam aut rugam, vel aliquid huiusmodi : De incarnatione quoq; Domini idoneã ædidit pietatẽ: De resurrectione etiam mortuorum simili cucurrit synceritate, licet minus capacibus dubitationem de abortiuis fecerit. Catholicus permansit tamen, & error illius sermone multo, vt dixi; cõtractus lucta hostium exaggeratus; necdum Hęresis quęstionem dedit:(Egregio ingenio & excellenti studio Ecclesię seruiens, Iuliani hęretici libris inter impetum obsidentium Vandalorum in ipso dierum suorũ fine respondit. Et in defensione Christianæ sapientiæ perseuerãs, moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus.

ANNOTATIONES.

Egregio ingenio, etc. hac verba, & ea, qua deinceps ad finem capitis porrò sequuntur, non esse Gennadij, sed alterius cuiusdã volentis Gennadio mederi, supra dictum est in censura. Nos ea in

m:s:

m. s. codice Martinensi tantum posita reppe-rimus.

Caput xxxix.

OROsius presbyter, Hispanus genere, vir eloquens, & historiarum cognitor, scripsit aduersum quærulos & infamatores Christiãi nominis, qui dicunt defectũ Romanæ Reipub. Christi doctrina inuectum, libros septē, in quib. penè totius mũdi temporis calamitates & miserias, ac bellorũ inquietudines replicans, ostendit magis Christianæ obseruationis (aliàs obseruãtiæ) esse, quod contra meritum suum res Romana adhuc duraret, & pace culturæ Dei pacatum retineret imperium: Sanè in primo libro scribit positiõem orbis, Oceani interfusione, & Tanais limitibus intercisum, sitũ locorũ, nomina, numerum, moresq́; gentiũ, qualitates Regionum, initia bellorum, & Tyrannidis exordia finitimorum sanguine dedicata: Hic est Orosius, qui ab Augustino prõ discenda animæ ratione ad Hieronymum missus, rediens, reliquias Beati Stephani primi martyris tunc nuper inuentas primus intulit

Anno Domini 420. Tritth.

Occi-

Occidenti: Claruit extremo penè Honorij Imperatoris tempore.

Caput xl.

An. D. 420 Trith. MAximus, Taurinensis Ecclesiæ Episcopus, vir in diuinis scripturis satis intentus, & ad docendum ex tempore plebem sufficiens, composuit in laudem Apostolorum tractatus; & in Iohannis Baptistæ natiuitatem, & generalem omnium martyrum homeliam: Sed & de capitulis Euãgeliorum, & de actibus Apostolorũ, multa sapiẽter exposuit: Fecit & duos de S. Eusebij Vercellensis Episcopi & confessoris vita tractatus: & de Sanctorum Cypriani & Laurentij Martyrio; & de Spiritali Baptismi gratia librum edidit. De auaritia, de hospitalitate, de defectu Lunę, de eleemosynis, de eo q̃d scriptũ est in Esaia, Caupones tui miscuerunt vinum aqua: De passione Domini, de ieiunio seruorum Dei generali, de ieiunio speciali quadragesimæ, & quod nõ sit in eo iocandum: de Iuda traditore; De cruce Domini, de sepulchro Domini,

mini, de resurrectione ipsius, de accusato & iudicato apud Pilatū Domino, de Calēdis Ianuarij: Homelias de natali Domini, Homelias de Epiphania, de Pascha & Pentecoste multas, de hostibus carnalibus non timendis, de gratiis post cibum Deo agendis, de pœnitētia Niniuitarum, & multas alias eius Homelias de diuersis causis habitas legi, quas nec retineo. Moritur Honorio & Theodosio iuniore regnantibus.

ANNOTATIONES.

De Sanctorum Cypriani &c. hunc locum in vulgatis exemplaribus satis deprauatum, ex consensu m. s. cod. sic emendauimus.

Caput xli.

PEtronius Bononiensis Ecclesiæ Episcopus, vir sanctæ vitæ, & monachorum studijs ab adolescentia exercitatus, scripsisse putatur vitas Patrum monachorum Aegypti, quas velut speculum, ac normam professionis suæ monachi amplectuntur: Legi sub nomine eius de ordinatione Episcopi, ratione

An.D. 385
Tritth.

tione & humanitate plenum tractatũ: quem lingua elegantior ostendit non esse ipsius, sed, vt quidam dicunt, patris eius, Petronij, eloquentissimi viri & eruditissimi in sæcularibus literis. nã & Pręfectum Prætorij fuisse, se in ipso tractatu designat. Moritur Thedosio Arcadij filio, & Valentiniano regnantibus.

Caput xlij.

An.D.390 PElagi⁹ hęresiarcha anteq̃ ꝓderetur hæreticus, scripsit studiosis viris necessarios tres de fide Trinitatis libros: & pro actuali conuersatione Eulogiarum ex diuinis scripturis librum vnũ, capitulorum indicijs in modum S. Cypriani Martyris præsignatum: Pòst hæreticus publicatus scripsit hæresi suæ fauentia.

Caput xliij.

An D.410 Trith. INnocentius vrbis Romæ Episcopus scripsit decretum Occidẽtalium Ecclesiarum & Orientalium aduersus Pelagianos datũ, quod postea successor eius Papa Zozimus latinis ꝓmulgauit.

Caput

Caput xliiij.

COelestinus antequam Pelagianũ dogma incurreret, imo adhuc adolescens scripsit ad parentes suos é monasterio epistolas, in modum libellorum, tres in omnibus Deum desiderãtibus necessarias: Moralis siquidem sui in eis dictio nihil vitij postmodum prodíti, sed totum virtutis incitamentum tenuit. An.D.430.

Caput xlv.

IVlianus Episcopus Capuanus vir acris ingenij, in diuinis scripturis doctus, græca & Latina lingua Scholasticus, priusquam impietatem Pelagij in se aperiret, clarus in doctoribus Ecclesię fuit: Postea verò hęresim Pelagij defendere nisus, scripsit aduersus Augustinum impugnatorẽ illius libros quatuor, & iterum libros septem: Est etiã liber altercationis amborum partes suas defendentium: Hic Iulianus eleemosynis tempore famis & angustiæ, indigentibus omnibus, suis prærogatis, multos miserationis An.D.428 Trith.

ſpecie, nobilium præcipuè & Religioſorum illiciēs, hæreſi ſuæ ſociauit: Moritur Valentiniano & Conſtantino filio eius imperante.

ANNOTATIONES.

Epiſcopus Capuanus, Sigeberg. m.ſ. codex habet Campanus.

Caput xlvi.

An. D. 410 Trith. LVcianus presbyter, vir ſanctus, cui reuelauit Deus temporibus Honorij & Theodoſij Auguſtorum locū ſepulchri, & reliquiarum corporis ſancti Stephani Martyris primi: Scripſit ipſam reuelationem ad omnium Eccleſiarum perſonas græco ſermone.

Caput xlvij.

AVitus presbyter, homo Hiſpanus genere, antè relatā Luciani presbyteri ſcripturam in Latinum tranſtulit ſermonem, & addita epiſtola ſua per Oroſium occidentalibus edidit.

ANNOTATIONES.

Hunc ſcriptorem Honorius inter Gennadianos non agnoſcit.

Caput xlviij.

PAulinus Nolæ Campaniæ Episco- pus, composuit versu breuia, sed multa, & ad Cellum quendam Epitaphij vice consolatorium libellum super mortem Christiani & baptizati infantis spe Christiana munitum: & ad Seuerum plures epistolas, & ad Theodosium Imperatorem ante Episcopatum prosa Panegyricum super victoria Tyrannorum, eo maximè, quod fide & oratione plusquàm armis vicerit: fecit & Sacramentarium & Hymnarium. Ad sororem quoque epistolas multas de contemptu mundi dedit. Præcipuus tamen omnium opusculorum eius est liber de pœnitentia, & de laude generali omnium martyrum: Claruit temporibus Honorij & Valentiniani, non solum eruditione & sanctitate vitæ, sed & potentia aduersum dæmones. An.D.420 Tritth.

Caput xlix.

EVtropius presbyter scripsit ad duas sorores ancillas Christi, quæ ob An.D. 430 Tritth.

deuotionem pudicitiæ, & amorem Religionis exhæredatæ sunt à parentibus, epistolas in modum librorū consolatorias, eleganti & aperto sermone duas non solum ratione, sed etiam testimonijs scripturarum munitas.

Caput L.

An.D.400 EVagrius alter scripsit altercationē Symonis Iudęi, & Theophyli Christiani, quæ penè omnibus nota est.

Caput li.

Anno Domini 420. Trith. VIgilius Diaconus composuit ex traditione Patrum, monachorū Regulā, quæ in Cœnobio ad profectū fratrū in conuentu legitur breuiato & aperto sermone totiꝰ monasticæ professionis in se tenentem disciplinam.

Caput lij.

Anno Domini 420. Trith ATticus Constantinopolitanus Episcopus scripsit ad Reginas, Arcadij Imperatoris filias de fide & virginitate librum valdè egregium, in quo præueniens, Nestorianum dogma impugnat.

Caput

Caput liij.

NEstorius (aliàs Nestor) hæresiarches, cum in Antiochena Ecclesia presbyter in docendo insignis, ex tẽpore declamator haberetur, composuit infinitos tractatus diuersarum hypotypóseon, in quibus etiam tum subtili nequitia infudit postea proditæ impietatis venena, quæ moralis interdũ occultabat suadela: Postquam verò eloquentia eius, & abstinentia commendante Constantinopolitanæ Ecclesiæ Pontificatu donatus est, apertũ se hóstem Ecclesiæ, quem diu cælarat, ostendens, scripsit librum, quasi de incarnatiõe Domini, sexaginta & duobus diuinæ scripturæ testimonijs prauo sensu suo cõstructum, in quo quicquid asseuerauerit, in Catalogo hæreticorum demonstratur. An. D. 410

Caput liiij.

COelestinus vrbis Romæ Episcop⁹ decreta Synodi aduersum supra dictum Nestorem dictauit, habitũ volumẽ describẽs ad Oriẽtis & Occidẽtis Ecclesias dedit, confirmans duabus in An D. 420 Trith.

Christo manentibus perfectè naturis, vnam filij Dei credendam esse personam: huic enim sententiæ supradictus Nestor ostensus est esse contrarius. Similiter etiam Xystus successor Cœlestini pro eadem re, & ad ipsum Nestorem, & ad Orientis Episcopos aduersum errorem eius succidendum sentẽtias direxit.

ANNOTATIONES.

Xystus vrbis Romæ; m. s. codices sicut & Trithemius & Honorius hunc scriptorem vocant, non Xystum, sed Cælestinum. quam lectionem veriorem esse ex hoc eodem capite infra manifestè patet, vbi hic idem Cœlestinus, & eius successor Xystus vocatur: sanè & Trithemium legisse hic Cœlestinum ex eo constat, quod hæc opera Cœlestino, non autem Xysto tribuat, quæ Gennadius hic refert. quam rem etiam ipsa historiæ veritas approbat, cum certum sit, tertiam Synodum Ephesinam, in qua Nestorius est comdemnatus auspicio, huius Cœlestini primi, & Theodosij Iunioris fuisse congregatam, & huic Cælestino immediatè successisse Xystum tertium.

Caput lv.

An. D. 430 Tritth.

THeodotus Ancyranus Galatię Episcopus, scripsit aduersum Nestorium

Theodotus oũs bibl. errãt

ſtorium,adhuc Epheſi poſitus librum redargutionis & confutationis,Dialectica quidem arte ordinatum, ſed authoritate ſacrarum ſcripturarum detextum.multis enim aſſertionibus vſus eſt,antequam ſcripturarum Teſtimonia poneret.

Caput lvi.

FAſtidius Britannorum Epiſcopus ſcripſit ad Fatalem quēdam de fide Chriſtiana librum vnum, & alium de viduitate ſeruanda,ſana &Deo digna doctrina. An.D.420 Trith.

ANNOTATIONES.

De fide,cod.m.ſ. Sigeberg.de vita,

Caput lvij.

CYrillus Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopus edidit variarum hypotheſeon tractatus:Homelias etiam cō poſuit plurimas,quæ ad declamādum à Græciæ Epiſcopis memoriæ commēdantur:Præterea libri eius ſunt de Synagogæ defectu.De fide aduerſum hæreti- Anno Domini 430. Trith.

reticos, & peculiari intentione aduersum Nestorium librum composuit, qui attitulatur ἔλεγχος, in quo oĩa occulta Nestoris panduntur: & prodita confutantur.

Caput lviij.

An. D. 440 TImotheus Episcopus composuit librum de natiuitate Domini secundum carnem, quam credit in Epiphania factam.

Caput lix.

Anno Domini 430 Tritth. LEporius adhuc monachus, postea presbyter, præsumens de puritate vitæ, quam arbitrio tamen & conatu proprio, non Dei adiutorio obtinuisse crediderat, Pelagianum dogma cœperat sequi, sed à Gallicanis doctorib⁹ admonitus, & in Africa p̃ Augustinũ emẽdatus, scripsit emẽdationis suæ libellũ. In quo & satisfacit de errore, & gratias agit de emẽdatione. Simul & qđ malè senserat de incarnatiõe Christi, corrigens, Catholicã sententiã tulit, dicens, manentibus in Christo duabus naturis, vnam credi filij Dei personam.

Caput lx.

VIctorinus Rhetor Massiliensis ad filij sui Etheri personam commẽtatus est in Genesim, id est, à principio libri vsque ad obitum Patriarchæ Abrahę, tres diuersos edidit libros. Christiana quidem & pio sensu, sed vtpote sæculari literatura occupatus homo, & nullius magisterio in diuinis scripturis exercitatus, leuioris põderis sententiam figurauit, moritur Theodosio & Valentiniano regnantibus. Anno Domini 430. Tritth.

ANNOTATIONES.

Quatuor versuum edidit libros, ita codex vulgatus, nostri m.s. codices constanter habent, tres diuersos edidit libros, quod reposui: vocatur autẽ hic auctor pleno nomine Cl. Marius Victorinus Massiliensis.

Caput lxi.

CAssianus natione Schytha, Constantinopoli a Iohanne Magno Episc. Diaconus ordinatus, apud Massiliã presbyter cõdidit duo Mõasteria, Anno Domini 430. Tritth.

id est,

id est, virorum & mulierum, quæ vsq; hodiè extant: Scripsit experientia magistrante literato sermone, &, vt apertius dicam, sensu verba inueniens, & actione linguam mouens, res omnium monachorum professioni necessarias: id est, De habitu monachi, & de Canonico orationum modo, atque Psalmorum, qui in monasterijs Aegypti die noctuque tenetur, libros tres: Institutionum librum vnum: De origene & qualitate ac remediis octo principalium vitiorum libros octo, singulos scilicet de singulis vitijs expediens: Digessit etiam collationes cum Patribus Aegyptijs habitas, hoc est, de destinatione monachi ac fine, de discretione, de tribus ad seruiendum Deo vocationibus. De pugna carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: De natura omnium vitiorum: De nece Sanctorum: De mobilitate animæ, de octo principalibus vitijs, de qualitate orationis, de perfectis, de castitate, de protectione Dei, de scientia spirituali, de diuinis charismatibus, de amicitia, de definiendo vel non definiendo, de

tribus

ribus antiquis generibus monachorum,& quarto nuper exorto, de fide Cœnobitæ & Eremitę, de satisfactione pœnitentiæ, de remissione quinquagesimæ, de nocturnis illusionibus, de eo, quod dicit Apostolus, non enim quod volo, facio bonum, sed quod nolo, malum, hoc ago. de mortificatione: Et ad extremum rogatus à Leone vrbis Romæ Episcopo, scripsit aduersum Nestorem de incarnatione Domini libros septem, & in his scribendi apud Massiliam & viuendi finem fecit, Theodosio & Valentiniano regnantibus.

ANNOTATIONES.

Hic Scriptor plena appellatione dicitur Ioannes Cassianus, ut ex Trithemio apparet

Caput lxij.

PHilippus presbyter, optimus auditor Hieronymi, commentatus in Iob edidit sermone simplici librum: legi eius & familiares epistolas, & valde salsas, & maxime ad paupertatis & dolorum tolerantiam exhortatorias, moritur Marciano & Auito regnantibus. An.D.430. Trith.

Caput

Caput lxiij.

An. D. 440 Trith.

EVcherius Lugdunẽsis Ecclesię presbyter scripsit ad Valerianum propinquũ suũ, de contẽptu mundi, & sęcularis philosophiæ epistolam vnam, scholastico sermone & rationabili. Disseruit etiã ad personã filiorũ Vrani & Saloni postea Episcoporũ, obscura quæque sanctarum capitula Scripturarum. Sed & Sancti Cassiani quędam opuscula lato tensa sermone, angusto verbi resoluens tramite, in vnum coëgit volumen, aliaque tam Ecclesiasticis quàm monasticis studijs necessaria, moritur sub Valentiniano & Martiano Principibus.

ANNOTATIONES.

Ad Valentinianum: ita vulgatus codex. m. s. co. Martinianus habet, ad Vranum, quã lectionẽ hoc loco veriorem esse suspicio mouet, quod Vranus infra repetatur in filijs suis, sed cum hæc suspicio tenuior sit, nos nihil mutamus.

Caput lxiiij.

An. D. 430 Trith.

VIncentius natione Gallus apud monasterium Lerinensis Insulæ presby-

presbyter, vir in ſcripturis ſanctis doctus, & notitia Eccleſiaſticorũ dogmatum ſufficiẽter inſtructus, compoſuit ad euitanda hæreticorum collegia nitido ſatis & aperto ſermone, validiſſimam diſputationem, quam abſconſo nomine ſuo titulauit, Peregrini, aduerſus hæreticos. Cuius operis quia ſecundi libri maximam in ſcedulis partem à quibuſdam furatam perdidit, recapitulato eius paucis ſermonibus ſenſu priſtino compegit, & vno in libro edidit: moritur Theodoſio & Valentiniano regnantibus.

Caput lxv.

SYagrius ſcripſit de fide aduerſum præſumptuoſa hæreticorũ vocabula, quæ ad deſtruenda vel ad immutanda S. Trinitatis nomina vſurpata ſunt, dicentiũ, Patrem nõ debere patrẽ dici, ne in Patris nomine Filius conſonet, ſed ingenitum & infectum ac ſolitarium nuncupandum, vt quicquid extra illum eſt perſona, extra ſit & natura, oſtendens & Patrem, qui eiuſdem eſt naturæ, poſſe dici ingenitum, & ſcripturam dixiſſe, & ex ſe genuiſſe

Anno Domini 440.

nuisse in persona Filium, nō fecisse, & ex se protulisse Spiritum sanctum in persona, non genuisse neque fecisse: Sub huius Syagrij nomine septem de fide & Regulis fidei libros prætitulatos inueni. Sed quia linguam variant, non omnes eius credidi esse.

ANNOTATIONES.

Gembla. m. s. cod. hunc Scriptorem vocant Satyrium: Porrò ab eo loco, quo dicitur, ostendens et Patrem, vulgatum textum nonnihil emendauimus.

Caput lxvi.

Anno Domini 440. Trith.

ISaac Presbyter Antiochenæ Ecclesiæ, scripsit Syro sermone lōgo tempore, & multa, præcipua tamen cura aduersum Nestorianos & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ longo carmine plāxit, eo auditores imbuens sono, quo Effrem Diaconus Nicomediæ lapsum: Moritur Leone & Martiano imperantibus.

ANNOTATIONES.

Pro Elegiaco carmine, quod est in vulgatis, ex m. s. cod. restitui longo carmine, Scripsit enim ser-

rmone Syro vt hic dicitur: nam & Honorius git longo carmine, deinde pro coauditores, resti- ii, eo auditores: Nicomediæ lapsum, &c. sic est omnibus, manifesto tamen defectu: co. Gemb. ocat hunc Scriptorem Isaihab: pro Martiano igeberg. legit Marino, & minus benè.

Caput lxvj.

Saluianus Massiliēsis Ecclesiæ presbyter humana & diuina literatura nstructus, &, vt absq; inuidia loquar, piscoporū sanctorum Saloni & Verai magister, scripsit scholastico & aper o sermone multa: ex quibus ista legi, De virginitatis bono ad Marcellum resbyterum libros tres, Aduersum aaritiam libros quatuor, De præsenti idicio libros quinque, & pro eorum nerito satisfactionis ad Salonium Episcopū librum vnum: & expositionis xtremæ partis libri Ecclesiastici ad Claudiū Episcopum Viennēsem librū nū, epistolarū librū vnū. Et in morem ręcorū à principio Genesis vsq; ad cōitionem hominis, composuit versu, uasi hexaëmeron librum vnum, Homelias episcopis factas multas. Sacramento- Anno Domini 480. Trith.

mentorum verò quãtas nec recordor. Viuit vsq; hodie in senectute bona.

ANNOTATIONES.

Episcoporum magister. In Martin. cod. m. s. erat, episcoporum Sanctorum Saloni & Verani magister, quod proinde reposui. Ad Salonium Episcopum, cod. Martin. hic adijcit, Veronensem, Gemblacensis, Viennensem. ad Claudium: Sic etiam codex Gemblacensis, in cæteris erat, ad Claudianum.

Caput lxviij.

An. D. 430 PAulinus composuit tractatus de initio quadragesimæ, de quibus ego duos legi. de die Dominico Paschę, de obedientia, de pœnitentia, de Neophytis.

Caput lxix.

An. D. 440 Trith. HIlarius Arelatensis Episcopus, vir in sanctis scripturis doctus, paupertatis amator, & erga inopum prouisionem non solum mentis pietate, sed & corporis sui sollicitus labore fuit: Nam pro reficiendis pauperibus etiam rusticationem cõtra vires suas homo genere clarus, & longè aliter educatus, exercuit. sed nec in spiritualibus negle-

neglexit: Nam & in docendo gratiam habuit, & absque personarum exceptione omnibus castigatum opus prædicationis ingessit: Ingenio verò immortali aliqua & parua edidit, quę eruditæ animæ, & fidelis linguæ indicio sunt: In quibus præcipuè, & ad multorum vtilitatem necessario opere vitã sancti Honorati prędecessoris sui composuit. Moritur Valentiniano & Martiano regnantibus.

Caput lxx.

LEo vrbis Romę Episcopus scripsit ad Flauianum Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopum aduersus Eutychen presbyterum, qui tunc ambitione Episcopat⁹ noua in Ecclesia moliebatur inducere, epistolã, in qua admonet eum, vt si cõfiteretur errorem, & polliceretur emendationem, reciperet eum: sin aũt persisteret in incepto, cũ sua hæresi dãnaretur. Similiter docet in ipsa epistola, & diuinis confirmat testimonijs, Dominum nostrum Iesum Christum, sicut & paternæ diuinitatis verũ filium, ita verũ humanę na-

An D. 460
Trith.

naturæ esse hominem credendum, id est, ex carne virginis Mariæ carnem traxisse, & non de cælo corpus sibi exhibuisse, sicut Eutyches asserebat: Moritur Leone & Martiano Imperatoribus.

ANNOTATIONES.

In omnibus nostris m. scriptis cod. erat, moritur Leone & Martiano Imperatoribus: quam lectionem, quoniam commendat historiæ veritas, reponendam duximus.

Caput lxxi.

Anno Domini 450. MOchimus Mesopotamius presbyter apud Antiochiam scripsit aduersum Eutychen egregium libellum, & alia scribere dicitur, quæ necdum legi.

ANNOTATIONES.

Cod. Gembl. hunc Mochomeum vocat.

Caput lxxij.

An. D. 480 TImotheus extincto ab Alexādrinis Protherio Episcopo, tumultuante adhuc plebe, voluit, aut passus est, se ab vno Episcopo in locum occisi, Episcopum fieri: Et ne contra legem factus

factus meritò abijceretur, ad gratiam plebis, quæ Protherium exosum habuerat, omnes quibus ille communicauerat, Nestorianos esse pronunciat, & maculam cõscientiæ temeritate abluendam præsumens, scripsit ad Leonem Imperatorẽ libellum valde suasoriũ, quem prauo sensu Patrum testimonijs in tantum roborare conatus est, vt ad decipiendum Imperatorẽ, & suam hæresim constituendam, penè Leonem vrbis Romæ Pontificem, & Chalcedonensem Synodum, ac totos Occidentales Episcopos, aliorum adminiculo Nestorianos ostenderet: Sed fauente Deo à Chalcedonensi Cõcilio hostis Ecclesiæ arguitur, & confutatur. Viuere adhuc in exilio iam here siarcha dicitur: & habetur: Hũc ipsum libellum noscendi gratia ego rogatus à fratribus in latinum transtuli, & cauendum prætitulaui.

Caput lxxiij.

An.D.480 Trith.

Asclepius Afer, in Baiensi territorio vici non grandis, Episcopus, scripsit aduersum Arrianos: & modo

aduersum Donatistas scribere dicitur. In docendo autem ex tempore, grandi opinione celebratur.

ANNOTATIONES.

Pro Baiensi, alij codices Vagensi, alij Gabaënsi legunt.

Caput lxxiiij.

An.D.440 Trith.

PEtrus Edissenæ Ecclesiæ presbyter, declamator insignis, scripsit variarum causarũ tractatus, & more sancti Effrem Diaconi Psalmos metro composuit.

Caput lxxv.

An.D.440 Trith.

PAulus presbyter, natione, vt ex dictis eius cognoui, Pannonius, scripsit de virginitate seruanda, & cõtemptu mundi ac vitę institutione, vel morum correctione, mediocri sermone, sed diuino conditos sale libros duos, ad personã cuiusdam nobilis, & Christo dicatæ virginis Constantiæ nomine, in quib⁹ meminit Iouiniani hęretici, & voluptatum ac libidinum prædicatoris, cui intantum continentis vitę & castę institutio cõtraria fuit, vt inter luxuriosas epistolas animã eructaret.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Anima refutaret beatitudinem, in m. s. co. nostris erat pro eo quod vulgatus codex habet, animam eructaret. Honorius autem & Trithemius hunc Scriptorem Petrum appellant: quibus astipulatur & ex m. s. cod. exemplar Martiniense.

Caput lxvi.

PAstor Episcopus composuit libellum in modum Symboli paruum totam penè Ecclesiasticam credulitatem per sententias continentem. In quo inter cæteras dissensionum prauitates, quas prætermissis authorum vocabulis anathematizat, Priscillianos cum Episcopo authoris noīe damnat. An. D. 480

Caput lxxvij.

VIctor Cartennæ Mauritaniç ciuitatis Episcopus scripsit aduersus Arrianos librum vnum longum, quē Genserico Regi, per suos audiendum obtulit, sicut ex procemio ipsius libri didici: Et de pœnitentia Publicani librum vnum, in quo & Regulam viuendi pœnitentibus iuxta scripturarum authoritatem instituit: ad Basilium quendam super morte filij, Ann. Domini 450. Trith.

librum consolatorium spe resurrectionis, perfecta instructione munitum; Homelias etiam composuit multas, quas à fratribus salutis propriæ sollicitis, in libris digestas seruari cognoui.

Caput lxxviij.

An.D.460 Trith.

VOconius Castellani Mauritaniæ oppidi Episcopus, scripsit aduersus Ecclesiæ inimicos Iudæos & Arrianos, & alios hæreticos. Composuit etiam Sacramentorum egregium volumen.

ANNOTATIONES.

Hic scriptor apud Trithemium Victorianus Buconius appellatur, apud Honorium simpliciter Buconius, vt & in m.s. cod. nostris.

Caput lxxix.

An.D. 480 Trith.

MVsæus Massiliēsis Ecclesiæ presbyter, vir in diuinis scripturis doctus, & in earum sensibus subtilissima quadam exercitatione limatus, lingua quoque Scholasticus hortatu Sancti Venerij Episcopi, excerpsit de Sanctis scripturis lectiones totius anni festiuis

ſtiuis diebus aptas. Reſpōſoria etiam, Pſalmorum capitula, temporibus & & lectionibus congruentia: Quod opus tam neceſſarium à lectoribus in Eccleſia probatur, vt expetitum, & ſollicitudinem tollat, & moram, plebīq; ingerat ſcientiam, celebritatique decorem: Sed & ad perſonam Sancti Euſtathij Epiſcopi ſucceſſoris ſupradicti, hominis Dei compoſuit Sacramentorum egregium & non paruum volumen, per membra quidem pro opportunitate officiorum & temporum, pro lectionum textu, pſalmorumque ſerie & cantatione, diſcretum. Sed ſupplicandi Deo & conteſtandi beneficiorum eius, ſoliditate ſui conſentaneum: Quo opere grauiſſimi ſenſus, & caſtigatæ eloquentiæ agnouimus virum: Homelias etiam dicitur declamaſſe, quas & haberi à fidelibus viris cognoui, ſed ego nō legi. Moritur Leone & Martiano regnantibus.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc Muſæum vocat, cæteri omnes Muſſæum: & infra, vbi in contextu dicitur Leo

ne & Maiorano nostri cod.m.s.habent Martiano, quod proinde reposuimus.

Caput lxxx.

Anno Domini 460. Trith.

VIncẽtius presbyter, & ipse natione Gallus in diuinis scripturis exercitatus, linguam habens vsu loquendi, & maiori lectione politam, commentatus est in psalmos: Cuius operis legit aliqua homini Dei Cannatæ, me audiente, promittens simul, si Dominus vitã & mores daret, se in toto psalterio eodem studio laboraturum.

Caput lxxxi.

An. D. 460 Trith.

SYrus natione Alexandrinus, arte medicus, ex philosopho monach⁹, vir dicendi peritus, scripsit aduersus Nestorem prius eleganter & fortiter, modò autem dum in illum inuehitur nimius, & syllogismis magis quam scripturis agit, Timotheanum dogma fouere cœpit. Deniq; ambiguus etiam sui, suspendit animum à consensu Chalcedonensis Decreti, nec acquiescendum putat, Filium Dei duabus post incarnationem constare naturis.

AN-

ANNOTATIONES.

Syrus, sic etiam m.s. cod. Martin. Honorius autem & Trithemius habent Cyrus, quibus astipulatur cod. Viridis Vall. & Sigeberg cod. Gembla habet Cyrillus.

Caput lxxxij.

SAmuel Edissenæ Ecclesiæ presbyter An.D. 480 multa aduersus Ecclesiæ inimicos Trith. Syro sermone construere dicitur, præcipua tamen intentione contra Nestorianos & Eutychianos & Timothæanos nouellos, sed sibi diuersos hæreticos. Vnde & frequenter triformē bestiam Ecclesiastica simul sententia cū authoritate sanctarum scripturarum, summatimq; fecit. Ostēdens Nestorianis Deum in homine, non purum hominem ex virgine natum: Eutychianis veram humani generis carnem à Deo sumptam, & non de cœlo exhibitam, nec crassi aëris substantiam in carne incessisse formatam: Timothçanis ita verbum carnem factā, vt manēte verbo in sua substantia, & homine in sua natura, societate, non immixtione, vnā Filij Dei reddidisse personam. Viuere adhuc apud Cōstantipolim dicitur,

Nam initio collati Anthemio Imperij, & ſcripta eius, & eſſe eum in carne cognoui.

Caput lxxxiij.

An D 480 Trith.

CLAudianus Viennenſis Eccleſiæ presbyter, vir ad loquẽdum artifex, & ad diſputandum ſubtilis, compoſuit tres quaſi de ſtatu vel de ſubſtãtia animæ libros, in quibus agit intentione tota, quatenus oſtendat aliquid eſſe incorporeum præter Deum.

ANNOTATIONES.

Cod m.ſ. Gembl. hunc ſcriptorem vocãt Claudium, ſupra etiam in Saluiano cap. 67. conſenſu cod. omnium Claudius dicitur: nos autem nihil mutamus: Trithemius vocat Claudium, & nominat Epiſcopum; ab alijs pleno nomine dicitur Claudianus Mamertus, Viẽnenſis Eccleſia presbyter, quomodo ſcribitur in frontiſpicio operum ſuorum, quæ edita ſunt: vide Trith.

Caput lxxxiiij.

Anno Domini 460

PRoſper homo Aquitanicæ Regionis, ſermone ſcholaſticus, & aſſertionib' neruoſus, multa compoſuiſſe dici-

dicitur, ex quibus ego Chronica illius nomine prætitulata legi, continentia à primi hominis conditione iuxta diuinarum ſcripturarum fidem vſq; ad obitum Valentiniani Auguſti, & captiuitatem vrbis Romæ à Genſerico Vandalorum Rege factam. Legi & librum aduerſus opuſcula ſub perſona Caſſiani, quæ Eccleſia Dei ſalutaria probat, ille infamat nociua. Quę enim verè Caſſiani & Proſperi de gratia & libero arbitrio ſententię fuerunt, in aliquibus ſibi contrariæ inueniuntur: (Hic etiam Proſper poſt obitum Beati Auguſtini librorum eius contra hæreticos, inimicos gratiæ Chriſti defenſor extitit.) Epiſtolæ quoq; Papæ Leonis aduerſus Eutychen de vera Chriſti incarnatione, ad diuerſos datæ, & ab ipſo dictatæ dicuntur.

ANNOTATIONES.

Hic etiam Proſper, &c. hanc Periodum medicamenti gratia per Catholicum aliquem Gennadio infartam eſſe, ſupra dictum eſt in cenſura: nos eam in pleriſque noſtris hic etiam poſitam repperimus.

Caput

Caput lxxxv.

Anno Domini 490 Trith-

FAustus ex Abbate Lerinensis monasterij Episcopus apud Rhegium Galliæ factus, vir in diuinis scripturis satis intentus, ex traditione Symboli occasione accepta, composuit librum de spiritu sancto, in quo ostendit eum iuxta fidem Patrum, & consubstātialem & coæternum esse Patri & filio, ac plenitudinē Trinitatis obtinētem. Edidit quoq; opus egregiū de gratia Dei, qua saluamur. In quo opere docet gratiam Dei semper & inuitare & præcedere & adiuuare voluntatem nostrā. & quicquid ipsa libertas arbitrij de labore piæ mercedis acquisierit, non esse proprium meritum, sed esse gratiæ donum: Legi eius & aduersus Arrianos & Macedonianos paruum libellum, in quo coëssentialem prædicat Trinitatem: & alium aduersus eos, qui dicūt esse in creaturis aliquid incorporeū, in quo & diuinis testimonijs & Patrum confirmat sententijs, nihil credēdum incorporeum præter Deum. Est & eius Epistola in modum libelli, ad Dia-

Diaconum quendam Gratium (aliàs Græcum:) nomine edita, qui à fide Catholica discedens, ad Nestorianam abijt impietatem: In qua epistola admonet eum credere, S. Mariam Virginem non hominem purum genuisse, qui postea diuinitatem susceperit, sed Deum verum in homine vero: Sunt verò eius & alia scripta, quæ quia necdum legi, nominare nolui. Viua tamen voce egregius doctor & creditur & probatur: Scripsit postea ad Felicem Præfectũ prætorij, & Patriciæ dignitatis virum, filiũ magni Cõsulis iam religiosum, epistolam ad timorẽ Domini hortatoriã, conuenientẽ personis pleno aĩo pœnitentiã agere disponentiũ.

ANNOTATIONES.

Apud Regnum: ex m. s. co. restitui apud Rhegiũ.

Caput lxxxvi.

Caesarius Arelatensis vrbis Episcopus, vir sanctitate & virtute celeber, scripsit egregia & grata valdè, & monachis necessaria opuscula: De gratia quoq; & libero arbitrio edidit testimonia, diuinarũ scripturarum, & sanctorũ Patrũ iudicijs munita, vbi docet Anno Domini 470. Tritth.

nihil

nihil hominem de proprio aliquid agere boni posse, nisi eum diuina gratia præuenerit: Quod opus etiam Papa Felix per suam epistolam roborauit, & in latius promulgauit: floruit hic eo tempore, quo & Faustus, Anastasio Remp. gubernante.

ANNOTATIONES.

Hic scriptor in vulgatis, vt & in quibusdam m s. cod. non habeatur, quem & medicamenti gratia Gennadio infartum esse supradictum est in censura: certo autem certius est, hunc scriptorem ad Catalogum Gennadij non pertinere, cum eum constet astipulante etiam Trithemio præsedisse in Synodo Arelatensi, floruisse etiam potissimum circa annum 470. cum Gennadius ipse non peruenerit vltra annum 490. ex quo etiam falsum esse deprahenditur, quod in textu dicitur, eum eodem tempore floruisse quo Faustus: nec obstat quod eum referat Honorius, iam & Honorij ætate codices deprauati erant.

Caput lxxxvij.

An. D. 480 Trith. SEruus Dei Episcopus scripsit aduersus eos, qui dicunt Christum in hac vita degentem non vidisse carneis suis oculis Patrē, sed post resurrectionē ex mor-

mortuis,& aſcēſionem in cœlis, cum tranſlatus eſt in gloriam Patris, profe-ctus ſcilicet ei dantes in remuneratio-nem martyrij.In qua ſcriptura oſtēdit, & diſputatione ſua ac ſanctarum ſcri-pturarum teſtimonijs,Dominum Ie-ſum ab ipſo eius conceptu per Spiritū ſanctū facto,& partu ex virgine, quod Deus verus in homine vero, ipſe quo-que homo Deus factus natus eſt, ſem-per carnis ſuæ oculis,& patrem vidiſſe & Spiritum ſanctum, per ſpecialem & ei vnitam Dei & hominis ſocietatem.

Caput lxxxviij.

VIctorinus, natione Aquitanicus Calculator ſcripturarum,inuita-tus à Sancto Hilario vrbis Romæ Epi-ſcopo, compoſuit Paſchalem curſum indagatione cautiſſima poſt quatuor priores,qui compoſuerunt,id eſt, Hip polytum,Euſebium,Theophilum, & Proſperum,& protendit annorum ſe-riem vſq; ad annum quingenteſimum triceſimum ſecundum,ita,vt quingen teſimo triceſimo tertio anno Paſcha-lis reincipiat ſolennitas, eodem men- **Anno Do-mini 460. Trith.**

ſe & die, eadem & luna, qua primum paſſio ac reſurrectio Domini facta eſt.

ANNOTATIONES.

Honorius, cui & ex noſtris m.ſ. cod. ſuffragatur Virid. Vall hunc ſcriptorem Victorinum vocat. reliqui Victorium habent: vide infra Sigebertũ cap. 20. vbi huius calculationẽ à Victore Capuano redargutam dicit: Trithemius Victorinum vocat: ſunt qui teſtentur eum in codicibus m.ſ. antiquis Victurinum dici.

Caput lxxxix.

Anno Domini 460. Trith.

THeodoret⁹ Cyri ciuitatis Epiſcopus (à Cyro enim Rege Perſarum condita, ſeruat hodieq; apud Syriā nomen authoris) ſcripſiſſe dicitur multa: ad meam tamen notitiam iſta ſunt, q̃ venerunt: De incarnatione Domini aduerſus Eutychen presbyterū & Dionyſium Alexandriæ Epiſcopum, qui humanā in Chriſto carnem fuiſſe negant, ſcripta fortia, per quæ confirmat & ratione & teſtimonijs ſcripturarum ita illū verā maternæ ſubſtantiæ carnē habuiſſe, quā ex matre virgine ſumpſit, ſicut & veram Deitatem, q̃ æterna naſcibilitate à Deo patre gignēte ipſe naſcendo accepit. Sunt & eius decem hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libri, quos imita

tũs Eusebiũ Cæsariensem scripsit, incipiens à fine librorum Eusebij, vsq; ad suum tempus, id est, à Vicenalibus Cõstantini, vsq; ad Imperium Leonis senioris, sub quo & mortuus est.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc floruisse dicit anno 390. cuius error hic manifestè detegitur: Cum Leo primus, sub quo eum vita defunctum Gennadius asserit, imperare demum cœperit, anno 457. cod. Sigebe. hũc non Dionysiũ sed Dioscorũ in contextu vocat.

Caput xc.

GEnnadius Cõstãtinopolitanæ Ecclesiæ Episcopus, vir lingua nitid⁹, & ingenio acer, tam diues ex lectione antiquorũ fuit, vt Danielem prophetã ex integro ad verbũ cõmentatus exponeret: Homelias etiã multas cõposuit: moritur Leõe seniore imperiũ tenẽte. An. D. 460 Trith.

Caput xci.

THeodulus presbyter in Cœlesyriá scripsisse multa dicitur: Sed ad me liber eius peruenit, quem de consonantia diuinæ Scripturæ composuit, id est, veteris & noui Testamenti, aduersum antiquos hæreticos, qui An. D. 450 Trith.

propter differentiam præceptorum, vel ceremoniarum, alium veteris Testamenti Deum dixerunt, alium noui: In quo ostendit dispensationis fuisse vnius eiusdemque Dei authoris vtriusque scripturę, vt alia per Moysen antiquis daretur lex, in Sacrificiorum cæremonijs & iudiciorum animaduersionibus, alia nobis per Christi præsentiam in sacris mysterijs, & futuris repromissionibus. Nec diuersa credi debere, sed vno spiritu, & vno authore dictata. Cum illa lex, quæ, si modo secūdum literam obseruetur, occiderit. Eademque ipsa secundum Spiritualem intellectum viuificet: Moritur hic scriptor ante triennium regnante Zenone.

ANNOTATIONES.

Honorius, vt & cod. m. s. Virid. Vallis, hunc scriptorem vocat Theodorum, Codices alij nonnulli m. s. Theodolum vocant, quam lectionem codex Gemblacensis inter lineas habet adnotatam, cum eum alioqui in contextu Theodorum vocet.

Caput xcij.

An. D. 480 Tritth. SIdonius Auernorum Episcopus scripsit

psit varia & grata volumina, & sanæ doctrinæ: Homo siquidem tam diuinis quàm humanis ad integrum imbutus, acerque ingenio, scripsit ad diuersos, diuerso metro, vel prosa compositum insigne volumen, in quo quid in literis possit, ostendit: Verum in Christiano vigore pollens, etiam inter Barbaræ ferocitatis duritiem, quę eo tempore Gallos oppresserat, Catholic⁹ Pater & Doctor habetur insignis. Floruit ea tẽpestate, qua Leo & Zeno Romanis imperabant.

ANNOTATIONES.

Hic scriptor in impressis cod. non habetur. Honorius eum tamen vt Gennadianum agnoscit, in plerisque etiam m. s. desideratur: vocatur autem pleno nomine C. Sellius Sidonius Apollinaris.

Caput xciij.

IOhannes Antiochenæ Parochiæ ex Grammatico presbyter, scripsit aduersum eos, qui in vna tantum substãtia asserunt adorandum Christum, nec acquiescunt duas in Christo confitendas naturas, docẽs secundum relationem scripturarum, vnam in illo Dei & Anno Domini 480. Tritth.

hominis personam esse, nō vnam carnis & verbi naturam. Simul & impugnat aliquas Cyrilli Alexādrini Episcopi sententias, dicens incautè ab illo aduersus Nestorem prolatas, quæ fomētū & robur addunt Timothæanis, qđ valdè inaniter dicit. Viuere adhuc dicitur, & ex tempore declamare.

Caput xciiij.

An. D. 496 Trith. GElasius vrbis Romę Episcop⁹ scripsit aduersus Eutychen & Nestorem grande & præclarum volumē, & tractatus diuersarum scripturarum & Sacramentorum elimato sermone, & aduersus Petrum & Acaciū scripsit Epistolas, quæ hodie in Ecclesia tenentur Catholica: Fecit & hymnos in similitudinem Ambrosij Episcopi, moritur sub Anastasio Augusto.

ANNOTATIONES.

Hunc scriptorem vulgati cod. non habent. Honorius tamen eum pro Gennadiano agnoscit, cui & m. s. pleriq; cod. non omnes tamen subscribunt.

Caput xcv.

An. D. 490 HOnoratus Cōstātinæ Africæ ciuitatis Episcop⁹, scripsit ad Arcadium quendam, qui pro confessione

fidei

fidei Catholicæ in partibus Africæ à Genſerico Rege miſſus exulabat, epiſtolã, ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriam, & exemplis præſentib⁹, & ſcripturarum relationibus roboratã, & ꝙ confeſſionis fidei perſeuerãtia non ſolùm præterita purget peccata, ſed & meritum procuret martyrij.

Caput xcvi.

CErealis Epiſcopus natione Afer, interrogatus à Maximiano, Arrianorũ Epiſcopo, ſi paucis poſſet, vel diuinæ ſcripturæ teſtimonijs, abſq; diſputationis duntaxat aſſertione, fidẽ Catholicam aſſignare? Quam ille in nomine Domini, ſuffragante ſibi veritate, non paucis teſtimonijs, ſicut Maximianus irridens petierat, ſed copioſis, tã veteris quam noui Teſtamẽti indicijs approbauit, & libello edidit.

An.D.460 Trith.

Caput xcvij.

EVgenius Carthaginis Africæ ciuitatis Epiſcopus, & Confeſſor publicus, admonitus ab Hunericho, (aliàs Inurico) Vandalorum Rege, Catholicæ fidei expoſitionem, &

Anno Domini 490. Trith.

maximè verbi homousij proprietatē differere cum consensu omnium Africæ, Mauritaniæ, & Sardiniç, atque Corsicæ Episcoporum & Cōfessorum, qui in Catholica permanserunt fide. Composuit librum fidei, non solùm sanctarum scripturarum sententijs, sed & patrum testimonijs communitum, & per collegas confessionis suç porrexit: Iam verò asportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, Epistolas velut commonitorias fidei, & vnius sacri, & conseruandi Baptismatis ouibus suis quasi pastor sollicitus dereliquit: Altercationes quoque, quas cū Arrianorum Prçsulibus, per internuncios habuit, conscripsit, & relegendas per maiorem domus Hunericho trāsmisit: Similiter & preces pro quiete Christianorum eidem velut apologias obtulit. Viuere adhuc ad cōfirmationem Ecclesiæ dicitur.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc non Eugenium sed Eusebium appellat.

Caput

Caput xcviij.

POmerius natione Maurus, in Gallia presbyter ordinatus, interrogãtibus Iuliano Episcopo, & Vero presbytero, Dialecticorum more respondens, arte Dialectica & sermone, ingenio apto, composuit de naturę animę, & qualitate eius, & de resurrectione, & de specialitate eius in hac vita fidelium, & generali omnium hominum libros octo, quorum primus continet, quid sit anima, vel qualiter ad imaginem Dei credatur facta. Secundus, vtrum anima corporea an incorporea debeat credi. Tertius, vnde sit anima primi hominis facta. Quartus, vtrum anima, quæ nascituro corpori infundenda est, noua fiat, & sine peccato, an ex substantia animæ primi hominis velut propago de radice producta, etiam peccatum primæ animæ originaliter secum trahat. Quintus recapitulationem libri quarti, disputationis & distinctionis, & quæ sit facultas animæ, id est, possibilitas, & quod eam ex vna & syncera voluntate obtineat. Sextus An.D. 480 App.

vnde ſit iuxta Apoſtoli dictum aduerſitas carnis & ſpiritus: Septimus, de differentia vitarum, mortium, reſurrectionis carnis & animæ: Octauus de his quæ ſub fine mundi futura, prædicata ſunt: Abſolutiones quæſtionum, quæ de Reſurrectione proponi ſolent. Memini legiſſe me olim eius dictatum ad quendam nomine Principium, de contemptu mundi ac rerum tranſiturarum hortatoriũ, & alium de vitijs & virtutibus prętitulatum. Scripſiſſe dicitur & alia, & adhuc ſcribere, quæ ad meam notitiã non venerunt: viuit vſque hodie conuerſatione Deo digna, apta confeſſione & gradu.

ANNOTATIONES.

Iſidorus infrà ca. 12. ſicut & Sigebertus infra cap. 54. hunc ſcriptorem pleno nomine Iulianum Pomerium appellat. Honorius eum in Catalogo ſuo non habet, et quod ipſe ad Catalogum Gennadij non pertineat, non hinc ſolum, ſed inde multo magis colligitur, quod Iſidorus eum tanquam à Gennadio prætermiſſum in ſuum Catalogum retulerit, ſicut & Sigebertus fecit, quem Iſidori Catalogum non vidiſſe ſatis conſtat: de hoc autem ſupra dictum eſt in cenſura.

Caput

Caput xcix.

HOnoratus Massiliensis Ecclesiæ Episc. vir eloquens, & absq; vllo linguæ impedimento ex tempore in Ecclesia declamator. Et qa à pueritia in timore Dei crescens, etiam in negotijs Ecclesiasticis exercitatus est, os suum quasi armarium aperit, & in Homeliarum modum ad vtilitatem legẽtium multa componit. Maximeq; ad colendam fidei rationem & reuincendã hæreticorum peruersitatẽ. In cui9 libera prædicanda constantia, non solũ vicinarũ ciuitatum sacerdotes, & populi delectãtur, sed & longè positi, cum ad eos necessariò pergit, summã ei docẽdi in suis Ecclesijs rogantes iniũgũt: S. quoq; Papa Gelasius, Romanę vrbis Pontifex, per scripturam agnoscens eius fidei integritatẽ, rescripto suo probatam iudicauit: Sanctorũ Patrũ vitas ad ædificationẽ posterorũ coaptat ipse legendas: Pręcipuè meritoris sui Hilarij Arelatensis Episcopi. Letanias ad supplicandum Dei clementiam cum plebe sibi credita pro viribus agit. Anno Domini 490. Tritth.

ANNOTATIONES.

Hic ſcriptor apud Honorium non eſt, & in vulgatis pleriſq; codicibus deſideratur, videturque medicamenti loco Gennadio additus, de quo & ſupra dictum eſt in cenſura: ſtylus certè Gennadium non refert.

Caput c.

Anno Domini 490. Trith.

EGo Gennadius Maſſiliæ presbyter, ſcripſi aduerſus omnes hæreſes libros Octo, & aduerſus Neſtorẽ libros ſex, & aduerſus Pelagium libros tres, & Tractatus de mille annis. De Apocalypſi beati Iohannis: Et hoc opus de fide mea miſi ad Beatum Gelaſium vrbis Romæ Epiſcopum.

ANNOTATIONES.

In excuſis exemplaribus vltimum locum obtinet Honoratus Maſſilienſis, de Gennadio nulla mentio, qua de re ſupra in cenſura dictum eſt.

B. ISIDO-

B. ISIDORVS HISPALENSIS EPISCOPVS DE VIris Illustribus.

Caput Primum.



SIVS Cordubensis ciuitatis Episcopus scripsit ad sororem suam de laude virginitatis Epistolam pulchro ac diserto comptam eloquio. In Sardirensi Concilio quàm plurimas ipse edidit sententias. Hic autem post longum senium vetustatis accersitus à Constantino Principe, minisq; perterritus, metuens ne senex ac diues damna rerum, vel exilium pateretur, illicò Arrianæ impietati consensit: Cuius quidem vitam vt meruit, confestim exitus crudelis finiuit. Nam post impiã, vt ait quidam, Osij præuaricationem, dum sanctus

Anno Domini 360
Trith

ctus Gregorius Eliberritanus Episcopus in Cordubensem vrbem, iuxta imperiale decretũ fuisset adduct⁹, ac minimè vellet illi communicare, commotus Osius dicit Clementino Constantij præfecti vicario, vt mitteret eũ in exilium. At ille non audeo inquit Episcopum in exilium mittere, nisi prius eum ab Episcopatu deieceris. vt autẽ vidit sanctus Gregorius ꝙ Osius vellet darè sentẽtiam, appellat Christum totis fidei visceribus, exclamans: Christe Deus qui vẽturus est iudicare viuos & mortuos, non patiaris hodie humanam proferri sententiam aduersus me minimum seruum tuum: qui pro fide nominis tui vt reus assistens spectaculũ factus sum: sed tu ipse quæso in causa tua hodiè iudicã, ipse sententiã proferre dignare per vltionem. Non ego quasi metuens de exilio fugere cupio, cũ mihi pro tuo noĩe nullũ suppliciũ graue sit, sed vt multi pręuaricationis errore liberentur, cum præsentem viderint vltionem. His dictis ecce repente Osius residẽs fastu quasi regalis imperij, cum sententiã conaretur exprime-

primere,os vertit diſtorquens,pariter & ceruicem, ac de ſeſſu in terram eliditur.atq; ilico expirauit. Tunc ammirantibus cunctis, etiam Clementinus ille gẽtilis expauit,& licet eſſet iudex, tamen timens,ne in ſe ſimile ſupplicium vindicaretur, proſtrauit ſe ad pedes sãcti viri,obſecrãs vt ſibi parceret, qui in eum diuinæ legis ignoratione peccaſſet,& non tam proprio arbitrio quã mandãtis imperio. Inde eſt quod ſolus Gregorius ex numero vindicantium integram fidem, nec in fugã verſus eſt,nec paſſus eſt exiliũ. Vnuſquiſq; enim timuit de illo vlteri⁹ iudicare.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc ponit ad annũ 390. ſed numeri videntur eſſe corrupti,ex 360. nam in his veritas eſt historiæ,ſuffragante ipſo tempore: codex excuſus et Sig. m. ſ. habẽt Conſtantiñ pro Conſtãtino, excuſus etiam pro Clementino habet Clementium.

Caput ſecundum.

ITacius Hiſpan. Epiſc. cognomẽto & eloquio clar⁹, ſcripſit quendã librũ, ſub Anno Domini 400 Trith.

ſub Apologetici ſpecie, in quo deteſtã da Priſcillianorũ dogmata, & maleficiorũ ei⁹ artes, libidinumq́; eius ꝓbra demonſtrat, oſtendens Marcum quendam Memphiticum, magicæ artis ſcientiſſimum, diſcipulum Manis fuiſſe, & Priſcilliani magiſtrum. Hic autem cum Vrſacio Epiſcopo ob necem eiuſdem Priſcilliani, cuius accuſatores extiterãt, Eccleſiæ cõmunione priuat⁹, exilio condẽnatur, ibiq́; die vltima fungitur, Theodoſio maiore, & Valentiniano regnantibus.

ANNOTATIONES.

Martinianus cod. m. ſ. hunc Itacium vocat: cod. Virid. Vall. habet Idacium, ſicut & Trithemius, et Sigebertus infra cap. 18. Honorius vocat Anicium, excuſus cod. pro Memphitico habet Mentificum, perperam.

Caput tertium.

Anno Domini 390. SIricius clariſſimus Pontifex, & Romanæ ſedis antiſtes, ſcripſit decretale opuſculũ directũ ad Eumeriũ Tarraconenſium Epiſcopum. In quo inter alias Eccleſiaſticas diſciplinas conſtituit

fuit hæreticorum baptiſma nequaquā ab Eccleſia reſcindendum. Reperimus & aliam eius epiſtolam ad diuerſos Epiſcopos miſſam, in qua condemnat Iouinianum hæreticum, atque Auxentium, cæteroſq; eorum ſequaces. Præfuit Romæ annis quatuordecim, obiitque ſub Theodoſio & Valentiniano Imperatoribus.

Caput Quartum.

PAulinus presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum, ſatis ſuccincta breuitate compoſitum. Idem etiam petente Auguſtino conſcripſit Ambroſij vitam, ſignis florentem atque doctrinis; & meritis Apoſtolorum non imparem. Siquidem & Conſtantius Epiſcopus Germani vitam contexuit, obitumq; Paulini Vraninus edidit. Anno Domini 400.

ANNOTATIONES.

Sigebergenſis m. ſ. codex habet Oranius, cod. excuſ. Oſanius.

O *Caput*

Caput Quintum.

Anno Domini 430. Trith.

PRoba vxor Adelphi Proconsulis, fœmina inter viros Ecclesiasticos idcirco posita sola, pro eo, quod in laude Christi versata est, componens centonem de Christo, Virgilianis coaptatum versiculis. Cuius quidem non miramur studium, sed laudamus ingenium. Quod tamen opusculū legitur inter apocryphas scripturas insertum.

Caput sextum.

An. D. 400 Trith.

IOhannes Constantinopolitanæ sedis sanctissimus Episcopus cognomento Chrysostomus, cuius oratio & plurimā cordis compunctionē, & magnam suauiloquentiam tribuit, condidit iste græco eloquio multa & pręclara opuscula, quibus vtitur latinitas: legi duos eius de lapsis libellos, scriptos ad quendum Theodorum, lamentis & exhortationibus plenos, vt puta illum à bona conuersatione deiectum. Et quia monachi vitam cum eo in vno eodemque monasterio exercuerat, ideo conuersationis

ibi

ibi factæ, eum in libris ipsis admonuit, prouocans eum ad propositum, atque ostendens, nulli peccatori vel impio, si ad pœnitentiam redeat, desperãdum. legimus etiam librum alium, cuius prænotatio est, neminem posse lædi ab alio, nisi à semetipso. Ad personam quoq; cuiusdam nobilissimæ matronæ Gregoriæ, reperitur opus eius insigne de conuersatione vitæ & institutione morum, siue de cõpugnatione virtutum ac vitiorum: Est etiam & alius liber eiusdem apud latinos de cõpunctione cordis. alter quoque scriptus ad quendam Eutropium, cùm palatio pulsus ad altare confugisset: multos præterea composuit diuersos tractatus, quos enumerare longum est. Cuius quidem studij, & si non omnia, tamen quamplurima eloquentiæ eius fluenta de Græco in Latinum sermonẽ translata sunt. hic autem xiij. anno Episcopatus sui, discordia Theophili Alexandrini Episcopi oppressus est: nam fauentes Episcopi Archadio Imperatori damnauerũt eum innocentem, atq; ab Episcopatu deiectũ, Ponto in exiliũ retruserunt.

Caput ſeptimum.

Anno Domini 430. Trith.

SEduli⁹ presbyter edidit tres libros Dactilico Heroico metro compoſitos. Quorum primus ſigna & virtutes veteris teſtamenti potentiſſime reſonat, reliqui neogeſtorum Chriſti ſacramenta & miracula intonant.

Caput octauum.

Anno Domini 430. Trith.

POſſidius Africanæ prouinciæ Epiſcopus, ſtylo proſecutus eſt vitam ſancti Auguſtini. Cuius etiam operi ſubiecit indiculum ſcriptorum eius, enumerans, quanta idem beatiſſimus doctor ſcripſerit. Vbi plus quam quadringētorum librorum volumina ſupputantur. Homeliorum verò & Epiſtolarū, quęſtionumq; infinitus mod⁹ ſit, vt penè vix poſſit quiſquā articulo ſuo aliena tanta ſcribere, quāta ille proprio labore compoſuit.

ANNOTATIONES.

Excuſum exemplar habet Poſſidium, cui ſuffragatur exemplar m.ſ. Martinienſe, alterū exemplar

mplar habet Possidonium, sicut & Trithemius & Honorius, infra autem vtrumq; exemplar ha et Possidium, apud Sigebertum cap. 16. alterum xcusum exemplar habet Possidonium, codex Sigebergensis m s. Possidium.

Caput Nonum.

PRimatius Africanus Episcopus cõposuit sermone Scholastico de hæresib. libros tres directos ad Fortunatũ Episcopum, explicans in eis, quod olim beatissimus Augustinus in libro hæreseon imperfectum, morte interueniente reliquerat: in primo ostendens quid hæreticum faciat, in secundo & tertio digerens, quid hæreticum demonstret. An. D. 440 Trith.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc Primasium appellat, sicut & Trithemius, & cod. Sigeber. & excusus.

Caput Decimum.

PRoterius Alexãdrinæ Antistes Ecclesiæ, scripsit Epistolas ad Leonẽ Romanę sedis Episcopum, de festiuitate paschali. Hunc autem Leonis Augusti temporibus Dioscori hæretici successores, authore Timotheo, seditione An. D. 460 Trith.

facta, crudelissimè peremerũt, ipsumque Timotheum sibi pro Alexãdrino Episcopo statuerunt.

Caput vndecimum.

Anno Domini 450. Trith.

PAschasius Siciliensis Episcopus, edidit vnam Paschalem Epistolam ad Leonem supradictum Papam directam. In qua refert Paschalis mysterij miraculum his verbis: Est inquit possessio quæ appellatur Mentinas, in mõtibus arduis, ac syluis densissimis constituta, illic perparua atque vili opere constructa ecclesia est, in cuius baptisterio nocte sacrosancta Paschali, baptizandi hora cùm nullus canalis sit vel fistula, nec omninò vicina aqua, fons ex se repletur, paucisque qui affuerunt consecratis cum deductorium nullum sit, vt venerat aqua, ex se descẽdit. Claruit sub Theodosio iuniore, Arcadij Imperatoris filio.

ANNOTATIONES.

Honorius vt & Trithemius hunc Paschasinũ vocat; quibus suffragatur, & cod. m. s. Sigeberg. Pro Mentinas cod. m. s. Sigeber. habet Meltinas vt & cod. excus.

Caput

Caput duodecimum.

IVlianus quidam cognomento Pomerius octo libros de animę natura in dialogi morem conſcripſit. Quorū primus cōtinet quid ſit anima, vel qualiter credatur ad imaginē Dei facta. In ſecundo loquitur, vtrum anima corporea ſit an incorporea. In tertio diſſęrit, primo homini vnde anima facta. In quarto, vtrum noua anima ſine peccato fiat, an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto deſcribit q̄ ſit facultas animæ. In ſexto eloqtur, vnde ſit ea diſcordia, qua carni ſpiritus, vel caro ſpiritui aduerſatur. In ſeptimo autem ſcribit de differentia vitarum ac mortium, vel reſurrectione carnis & animæ, ſiue de morte carnis, ac de eius reſurrectione. In octauo loquitur de his, quæ in fine mundi futura ſunt, vel de quæſtionibus, quæ ſolent de reſurrectione proponi, ſiue de finibus bonorum, atque malorum: hic tamen in ſecundo eiuſdem operis libro Tertulliani errorib. cōſentiens ani- An.D.460

mam corpoream esse dixit, quibusdã hoc fallacibus argumentis astruere cõtendens. Edidit etiam vnum libellum de Virginibus instituendis: alios quoque tres de futuræ vitæ contemplatione, vel actuali conuersatione, necnon etiam de vitijs & virtutibus.

Caput decimumtertium.

An. D. 508 Trith. EVgipius Abbas ad quendam Paschasium Diaconem libellum de vita sancti monachi Seuerini trãsmissum breui stylo cõposuit. Scripsit etiã regulã monachis cõsistentibus in monasterio sancti Seuerini, quã eisdẽ moriens quasi testamẽtario iure reliquit. Claruit post consulatum Importuni iunioris, Anastasio Imperatore regnante.

ANNOTATIONES.

De huius ætate inter authores est dissensio, Isidorus, vt hic apparet, eũ floruisse dicit post Consulatum Importuni, qui incidit in annum Anastasii prioris 19. Christi autem 508. sicut hic adnotauimus. Honorius cũ Isidoro cõsentit, Sigebertus eũ refert ad annũ 580. sub Tiberio 2. Imperat. & Pelagio 2. Papa. vide Trithemium. alij autem eum Eugipium, alij Eugypium, alij Eugippium vo

cant.

cant,cod.excuſ.in folio hic legit Eugipius Apai. deinde ad quendam Diaconum, legit omiſſo Paſchaſii nomine, vt & cod. Sigeber. Vterq; autem hic cod.pro Importuni legit Mauortij.

Caput decimumquartum.

FVlgentius Afer Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus, in confeſſione fidei clarus, in ſcripturis diuinis copiosè eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac diſſerendo ſubtilis, ſcripſit multa, ex quibus legimus de gratia Dei, & libero arbitrio, libros reſpõſionum ſeptem, in quibus Fauſto Galliæ Regienſis vrbis Epiſcopo, Pelagianæ prauitati conſentienti, reſpondens obnititur eius profundam deſtruere calliditatem: legimus & eius librum de ſancta Trinitate ad Felicem directũ notarium: librum quoque regulæ veræ fidei, & alium de ſacramento incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Extant & duo eius libri de veritate prędeſtinationis ad Epiſcopos miſſi; in quibus demonſtrat, quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam præ- Anno Domini 500.

ueniat, & quod Deus quosdam prædestinationis suæ munere iustificans præ eligat, quosdam verò in suis reprobis moribus occulto quodam iudicio derelinquit. est & liber altercationis ei⁹, quo de fide cum Trasamundo rege, idem Fulgentius disputauit. Ad Ferrandum quoque Ecclesiæ Carthaginensis diaconum vnum de interrogatis quæstionibus scripsit libellum. Inter hæc composuit & multos tractatus, quib. sacerdotes in Ecclesijs vterentur. Plurima quoque feruntur ingenij eius monimenta. Hæc tamen ex preciosis doctrinæ eius florib⁹ carpsimus. Sors melior, cui delicias omnium librorũ eius præstiterit Deus. Claruit sub Trasamũdo rege Vvandalorum, Anastasio Imperatore regnante.

Caput decimumquintum.

An.D. 440 Tritth.

EVcherius Episcopus elegans sentẽtijs, ornatus in verbis, edidit ad Hilariũ Arelatensem antistitẽ Heremi deserta petentem, vnum opusculum, de laude eiusdem Heremi, luculentissimè & dulci sermone dictatum. In quo

opere

opere laudamus Doctorem, & si pauca, tamen pulchra dicentē. Breuitas.n. vt ait quidam, laus est interdum in alia parte dicendi, in vniuersa eloquētia laudem non habet.

Caput decimumsextum.

Hilarius Arelatēsis Episcopus scripsit vitam parentis & prædecessoris sui sanctissimi ac venerabilis Honorati Episcopi, suaui ac præclaro præditam eloquio. Anno Domini 440. Trith.

Caput decimumseptimum.

Apingius Eccclesię Pacensis Hispaniarum Episcop⁹, disertus lingua, & scientia eruditus, interpretatus est Apocalypsim Iohannis Apostoli subtili sensu atque illustri sermone, melius penè quàm veteres Ecclesiastici viri exposuisse videntur. Scripsit & nōnulla alia, quæ tamen ad notitiam nostræ lectionis minimè peruenerunt. Claruit temporibus Theodi Principis Gothorum. Anno Domini 530. Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc Aprigium vocat, & floruisse dicit temporibus Theodori Regis Gothorum, sub

ſub Iuſtiniano magno circa annum 530. Honorius etiam Aprigum vocat : excuſ. cod. Aprugium, pro Tendi idem Theodi, Sigeberg. Teudi.

Caput decimumoctauum.

An.D. 528 Trith.

IVſtinianus Imperator quoſdam libros de incarnatione Domini edidit, quos etiam per diuerſas prouincias miſit. Condidit quoque & reſcriptum contra Illyricianam ſynodum, & aduerſus Africanos Epiſcopos, in quo tria capitula damnare contendit, id eſt, Teudori Mopſueſteni Epiſcopi dicta, ſiue reſcripta Teudorici Epiſcopi epiſtolā, quæ dicitur Hibæ Ediſſeni Epiſcopi.

ANNOTATIONES.

Iuſtiniani ætatem adnotauimus ad annū 528. quo imperare cœpit; imperauit autem ex eo tempore porrò annos 38. pleriq; cod. hic habent, Monſueſteni, pro quo cod. excuſ. rectè legit Mopſueſteni.

Caput decimumnonum.

An.D. 530 Trith.

SEcundus Ermianenſis eccleſię Epiſcopus, duodecim libros pro defenſione trium capitulorum ſcripſit, quorum

rum ſtylo elicuit præfata tria capitula, in p̄ſcriptione Apoſtolicæ fidei & Calcedonenſis ſynodi impugnatione fuiſſe damnata, id eſt, epiſtola Iberdenēſis Epiſcopi, & Teudoreti Epiſcopi dicta. Claruit poſt conſulatum Baſilij anno decimo, regnante Iuſtiniano Imperatore.

ANNOTATIONES.

Hunc plerique, cod. m. ſ. Fœcundum, cod. excuſ. Facundum vocat: Iberdenenſis autem hic pleriq; legunt, Sigeberg. Ibederſeni habet, cod. excuſus rectius, vt videtur, Hibæ Edeſſeni.

Caput vigeſimum.

IVſtinianus Eccleſiæ Valentiæ Epiſcopus ex quatuor fratribus & Epiſcopis eadem matre progenitis, vnus ſcripſit librum Reſponſionum ad quēdam Ruſticum, de interrogatis quæſtionibus. Quarum prima reſponſio eſt de ſpiritu ſancto. Secunda eſt contra Bonoſiacos, qui Chriſtum adoptiuum, & non proprium dicunt. Tertia reſpōſio eſt de baptiſmo Chriſti, quod iterare non licet. Quarta reſponſio eſt de diſtinctione baptiſmi Iohannis & Chriſti

An. D. 549 Trith.

Christi. Quinta responsio est, quia filius sicut Pater inuisibilis est. Floruit in Hispanijs temporibus Teudi Principis Gothorum.

ANNOTATIONES.

Ecclesiæ Valentiæ, ita etiam Sigeberg. m. s. cod. sed excus. habet Ecclesiæ Valensis, rectius fortasse ecclesiæ Valentinæ, vt infra cap. 31.

Caput vigesimumprimum.

An. D. 549 Trith.

IVstus Orgellitanæ Ecclesiæ Episcopus, & frater prędicti Iustiniani, edidit libellũ expositionis in Canticis cãticorũ, totum valdè breuiter atque apertè pro allegoriarum sensu discutiens: huius quoque fratres Nebridius & Elpidius quædam scripsisse feruntur, è quib⁹ quia incogniti sumus, magis reticenda fatemur.

ANNOTATIONES.

Alij hic Orgelletanæ, alij Orgelitanæ legunt.

Caput vigesimumsecundum.

An. D. 540 Trith.

MArtinus Dumiensis monasterij sanctissimus Pontifex, ex Oriẽtis partibus nauigãs in Galliam venit, ibiq; cõuersis ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Sueuorũ populis, regu-

regulam fidei & sanctę religionis constituit, ecclesias informauit, monasteria condidit, copiosáq; præcepta piæ institutionis composuit. Cuius quidē ego ipse legi librum de differētijs quatuor virtutum, & aliud volumē epistolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem, & conuersatioem fidei, orationis instantiam, eleemosynarum distributionem, & super omnia culturā virtutum omnium, pietatem. Floruit regnante Teudummiro Rege Sueuorum, temporibus illis quibus Iustinianus in Republica, & Anatagildus Hispanus imperium tenuere.

ANNOTATIONES.

Teudummiro. Sigeberg.m.s. cod. habet Theudimimiro, excus. cod. legit Tedimico. Anatagildus, hoc loco Sigeber.m.s. cod. habet Atanagildus excus. Athagildus.

Caput xxiij.

AVitus Episc. scientia sæculariū literarū doctiss. edidit quinq; libellos heroico metro cōpositos. Quorū primus est de origine mundi, Secund⁹ de originali peccato, Terti⁹ de sentētia Dei, Quart⁹ de dilunio mūdi, Quintus de tran- Anno Domini 500 Trith.

de transitu maris rubri, scripsit & ad Fuscinam sororem de laude virginitatis librum vnum, pulcherrimo compositum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

ANNOTATIONES.

Hic author pleno nomine vocatur Alcimus Auitus.

Caput vigesimumquartum.

An.D. 540 DRacontius composuit heroicis versibus hæxaëmeron creationis mundi, & luculenter quod composuit scripsit.

Caput vigesimumquintum.

An.D. 540 Trith VIctor Tumuensis ecclesię Africanę Episcopus, à principio mundi, vsque ad primum Iustini iunioris Imperij annum, breuem per Consules annuos bellicarum Ecclesiasticarumque rerum nobilissimam promulgauit historiam, laude & notatione illustrem, ac memoria dignam. hic pro defensione trium capitulorum à Iustiniano Augusto exilio in Aegyptum trāsporta-

portatur. Vnde rursus Constātinopolim reuocatus, dum à Iustiniano Imperatore & Eutychio Cōstantinopolitanæ vrbis Episcopo obtrectatoribus earundem trium capitulorum resisteret, rursus in monasterium eiusdem ciuitatis custodiendus mittitur, atque in eadem damnatione, vt dicunt, permanens moritur.

ANNOTATIONES.

In vtroque exemplari m. s. erat Tumuensis, Ecclesiæ: Trith. legit Cummenensis Ecclesiæ. Honorius habet Cemmensis: Sigeberg. Tunnuensis, excus. cod. Tunonensis, at melius fortasse Tmuensis, à ciuitate Tmue, quæ hic in Africa, alibi in Aegypto collocatur, quod sita sit in vltimis finibus Ægypti, vide in Phileasupra apud Hieronymum, cap. 78.

Caput XXVI.

IOhannes sanctæ memoriæ Constantinopolitanus Episcopus, natione Cappadox, vir inæstimabilis abstinentię, & eleemosynis, tum largissimus, vt etiam zelo auaritiæ aduersus eum imperator Mauritius permotus, vrbe An. D. 590 Trith.

 pel-

pellēdos pauperes ediceret. Gręco elo quio ēdidit de ſacramēto baptiſmatis, reſcriptū ad B. recordatiōis Dominū, meum, & prædeceſſorem Leandrū antiſtitem, in quo nihil proprium ponit, ſed tantummodo antiquorum patrū, replicat de trina merſione ſententias, Claruit tēporibus Mauricij Principis, defunctuſq́; Auguſto eodē regnante.

Caput xxvij.

An. D. 600 Tritth.

GRegorius Papa Romanæ ſedis Apoſtolicæ præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantumq́; per gratiam ſancti ſpiritus, ſcientiæ lumine præditus, vt non modo illi pręſentium temporum quiſquam doctorum, ſed nec in præteritis quidem illi par fuit vnquam. hic in Epiſcopat⁹ ſui exordio edidit librū regulæ paſtoralis directum ad Iohannem Rauennę ſedis Epiſcopum. In quo docet, qualis quiſque ad officium regiminis veniat, vel qualiter dum venerit viuere vel docere ſubiectos ſtudeat. Idem etiam efflagitante Leandro Epiſcopo, librum beati Iob myſtico ac mo-

r ali

rali sensu disseruit, totamque prophetiæ eius historiam in trigintaquinque voluminibus largo eloquentiæ fonte explicuit, in quibus quidem quanta mysteria sacramentorum aperiantur, quantaque sint in amorem vitæ æternæ morum pręcepta, vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo sapiens explicare valebit, etiam si omnes artus eius vertātur in linguas. Scripsit etiam & quasdam epistolas ad prædictum Leandrum, è quibus vnam in eisdē libris Iob titulo præfationis adnectit. Altera eloquitur de mersione Baptismatis, in qua inter cætera ita scriptū est: Reprehēsibile inquit esse nullatenus potest, infantem in baptismate mergere vel semel vel tęr, quando in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest diuinitatis singularitas designari: fertur tamen idem excellentissimus vir & alios libros morales scripsisse, totumque textum quatuor Euangeliorum sermocinando in populis exposuisse, incognitum scilicet nobis opus, felix tamē, & nimium felix, qui omnium studiorum eius

potuit cognoſcere dicta. Floruit autē Mauricio Auguſto imperante, obijtque in Chriſto, exordio Focæ Romani Principis.

ANNOTATIONES.

Ad Iohannem Rauennæ ſedis, ita pleriqu m. ſ. cod. habent, Sigebergenſ. & excuſ. cod. legunt Conſtantinopolitanæ ſedis, quod videtur eſſe verius.

Caput xxviij.

Anno Domini 600 LEander genitus patre Seueriano, Carthaginenſis prouinciæ Hiſpaniæ, profeſſione monachus, & ex monacho Hiſpalenſis Eccleſiæ prouinciæ Beticæ conſtitutus, Epiſcopus, vir ſuauis eloquio, ingenio præſtantiſſimus, vitæ quoque tantum atque doctrina clariſſimus, vt etiam fide ei9 atque induſtria populi gentis Gothorū ab Arriana inſania ad fidem Catholicam reuerterentur. Hic namque in exilij ſui peregrinatione compoſuit duos aduerſus hæreticorum dogmata libros, eruditione ſanctarum ſcripturarum ditiſſimos. In quibus vehementi ſtylo, Arrianæ impietatis confodit at-

que detegit prauitatem, oſtēdens ſcilicet, quid contra eoſdem habeat Catholica eccleſia, vel quantum diſtet ab eis religione, vel fidei ſacramentis: Extat & aliud laudabile eius opuſculum aduerſus inſtituta Arrianorū, in quo propoſitis eorum dictis, ſuas reſponſiones opponit. Præterea edidit vnum ad Florentinam ſororem, de inſtitutione virginum, & contemptu mundi libellum, titulorum diſtinctionibus prænotatum. Siquidem & in Eccleſiaſticis officijs idem non paruo elaborauit ſtudio. In toto enim Pſalterio duplici editione orationes conſcripſit. In ſacrificij quoque laudibus atq; pſalmis multa dulciſone conſcripſit. Scripſit & epiſtolas multas ad Papam Gregorium, de baptiſmo vnam, alterā ad fratrem, in qua præmonet cuiquam mortem non eſſe timendam. Ad cæteros quoq; Epiſcopos plurimas promulgauit familiares epiſtolas, & ſi nō ſatis ſplendidas verbis, acutas tamen ſententijs. Floruit ſub Recaredo, viro religioſo ac Principe glorioſo, cuius

etiam tēporibus mirabili obitu actualis vitæ terminum clausit.

Caput xxix.

An.D.590 Trith. LIcinianus Carthaginis Spartariæ Episcopus, in scripturis doctus, cuius quidem nonnullas epistolas legimus de sacramentis. Deniq; baptismatis vnam, & ad Eutropium Abbatem, postea Valentię Episcopum plurimas. Reliqua verò industriæ & laboris eius ad nostram notitiam minimè peruenerunt. Claruit temporibus Mauritij Augusti. Occubuit Constantinopoli, veneno, vt ferūt, extinctus ab æmulis. Sed vt scriptum est, iustus quacunque morte præoccupatus fuerit, anima ei⁹ in refrigerio erit.

ANNOTATIONES.

Honorius hunc vocat Licinianum: excus. ca. Lucinianum.

Caput xxx.

An.D.590 Trith. SEuerus Malacitanæ sedis antistes, collega &c. soci⁹ Liciniani Episcopi, edidit libellum vnū aduersus Vincētium Cæsaraugustanæ vrbis Episcopū

qui

qui ex Catholica fide in Arrianam prauitatem fuerat deuolutus. Eſt & alius eiuſdem de virginitate ad ſororem libellus, qui dicitur annulus. Cuius quidem fatemur cognouiſſe titulum, ignorare eloquium. Claruit tẽporibus prædicti Imperatoris, quo etiam & regnante vitam finiuit.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc ait floruiſſe ſub Mauricio anno 580. ſed Mauricius imperare cœpit demum anno 583. quare Malui illum referre ad annum 590. vna cum Liciniano, cuius & collega dicitur: Socius Liciniani, ita rectè, perperam enim hic cod. excuſus legit Luciani, quod ex antecedentibus patet.

Caput xxxi.

IOannes Gerundẽſis Eccleſiæ Epiſcopus natione Gothus, prouinciæ Luſitanæ Scallabitanus, hic cum eſſet adoleſcens Conſtantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione nutritus, ſeptimo demum anno in Hiſpanias reuerſus eſt, eodẽ tempore Anno Domini 590 Trith.

quo incitante Rege Leonigildo Arriana feruebat insania. Hunc supradictus Rex, cum ad nefandæ hæresis credulitatem compelleret, & hic omnino resisteret, exilio trusus, Barcinona relegatus per decem annos multas insidias & persecutiones ab Arrianis perpessus est. Qui postea condidit monasterium, quod nunc Biclaro dicitur, vbi congregata monachorum societate, scripsit Regulam ipsi monasterio profuturam, sed & cunctis Deum timentibus satis necessariam: Addidit & in libro Chronicorum ab Anno primo Iustini iunioris principatus vsque ad annum octauum Mauricij Principis Romanorum, & quartum Recaredi regis annum, historico compositoque sermone valdè vtilem historiam. Et multa alia scribere dicitur, quæ ad nostram notitiam minimè peruenerunt.

ANNOTATIONES.

Scallabitanus, Sigeberg. Scallabinatus, excus. Scalluinatus.

Caput

Caput xxxij.

EVtropius ecclesiæ Valentinæ Episcopus, dum adhuc in monasterio Sirbitano degeret, & pater esset monachorum, scripsit ad Episcopum Lucianum, cuius supra fecimus mentionem valde vtilẽ epistolã, in qua petit ab eodẽ pro qua re baptizatis infantib. Chrismatis post hæc vnctio tribuatur. Scripsit & ad Petrum Episcopum Ircabicẽsem de districtione monachorum, sermone salubri compositam epistolam, & valde monachis necessariam. An. D. 600 Tritth.

ANNOTATIONES.

Ad Episcopum Lucinianum: sic rectè, nam hic est, de quo supra dictum est cap. 29. Ideoque cod. excus. & m. s. Sigeberg. malè legunt, ad Papam Licianum: cod. excus. infra legit Hircanincensem Episcopum.

Caput xxxiij.

MAximus Cæsaraugustanæ ciuitatis Episcopus, multa versu ꝓsaq; componere dicitur. Scripsit & breui stylo historiolam de his, quæ tem-

temporibus Gothorum in Hispanijs acta sunt, historico & composito sermone. Sed & multa alia scribere dicitur, quæ necdum legi.

FINIS B. ISIDORI.

Suffridus Petrus Leouardiensis Candido Lectori S.P.



ONORIVS cum superiorũ authorum epitomen contineat, fortasse sint, quibus rectius omitti videatur, ne iteratio tædium pariat. Quibus quo satisfiat, id constare oportet, Honorium etiam de suo aliquos aliunde suo operi adiecisse, qui apud superiores istos non reperiuntur. Deinde in ipsa quoque horum authorum, quamuis exili anacephalæosi plerunque aliquid admiscuit, quod rebus præsentibus multum lucis infundat: Præterea, non modo numerũ sed etiam nomina Scriptorum, apud præcedentes authores, nobis magna ex parte conseruauit, quæ in reliquis emendandis vsui esse possunt. Bene vale & fruere.

IN

IN LIBRVM DE LVMINARIBVS ECCLESIAE D. Honorij Præfatio.

ROGO autem te Lector (si tamē præ dono inuidiæ audeas) ne huius opusculi laborem vilipendas. Ego quippe vigilaui, vt tu dormias: ego laboraui, vt tu quiescas. Tuus solummodo labor erit, vt perlegendo intelligentia replearis, & præditus, clarus ab omnibus habearis. Si autem (quod magis spero) tabido corde & nebulosa facie his flosculis ornatè contextis liuidum dentem imprimis, ac rosigerum sertum, candidulis lilijs connexum, venenata lingua carpis, inuidia quidem te vt proximum seruum caligini ignorantiæ inuoluet, me autem beneuolentia per lumen scientiæ ad gloriam et honorem perducet. In hoc libello omnes Ecclesiasticos scriptores à tempore Christi vsque ad nostra tempora nominatim expressi, quos ex Hieronymo, Gēnadio, Isidoro, Beda, & alijs cognoscere potui.

biqueˈvigintique annis cathedram E- Anno Domini
piſcopalem tenuit, vſq; ad quartum-
decimum annum Neronis, à quo &
Crucifixus eſt, Romæque ſepultus.

2. Iacobus frater Domini, cogno- 63.
mento Iuſtus, Ioſeph, vt quidam exiſti-
mant, ex alia vxore, vt alij, Mariȩ ſoro-
ris matris Domini filius, ſcripſit vnam
de ſeptem Canonicis epiſtolam. Hic
poſt paſſionem Domini ab Apo-
ſtolis Hieroſolymorum ordinatur E-
piſcopus, triginta annis rexit eccleſiã,
iuxta templum Domini, vbi præcipita-
tus fuerat, ſepelitur.

3. Matthæus, qui & Leui, ex Publica- 41.
no Apoſtolus, primus in Iudæa Euan-
gelium Chriſti Hebræis literis com-
poſuit.

4. Iudas frater Iacobi vnam de ſeptẽ 64.
Canonicis reliquit Epiſtolam.

5. Paulus Apoſtolus, qui antea Sau- 68.
lus, extra numerum duodecim Apo-
ſtolorum, de tribu Beniamin, & oppi-
do Iudææ Giſcali, ſcripſit decem Epi-
ſtolas ad Eccleſias, ad Romanos vnã,
ad Corinthios duas, ad Galatas vnã, ad
Epheſios vnam, ad Philippẽſes vnam,
ad

Anno Domini ad Coloſſenſes vnam, ad Theſſaloni-
cenſes duas, ad Hæbræos vnam: præterea ad diſcipulos ſuos quatuor, Timotheo duas, Tito vnam, Philemoni vnam, Ad Laodicenſes vnam, quæ quidem legitur, ſed ab omnibus exploditur. Hic quarto decimo Neronis anno, eodem die quo Petrus Romæ pro Chriſto capite truncatur, & in via Oſtienſi ſepelitur triceſimoſeptimo anno poſt paſſionem Domini.

63. 6 Barnabas Cyprius, qui & Ioſeph Leuites cum Paulo Gentium Apoſtoſtolus ordinatus, vnam ad ædificationem Eccleſiæ Epiſtolam compoſuit, quæ inter Apocryphas ſcripturas legitur.

59. 7. Lucas Medicus Anthiocenſis, ſectator Pauli Apoſtoli, ſcripſit Euangelium, & Actus Apoſtolorum Romæ. Hic octogeſimo & quartó anno in Bythinia moritur, & poſtmodum Conſtantinopolim transfertur.

63. 8. Marcus diſcipulus & interpres Petri Romanis ſcripſit Euangelium. Hic paſſus eſt octauo Neronis anno, & Alexandriæ ſepultus.

9.Ioannes Apostolus, filius Zebedæi,& frater Iacobi, scripsit Asiæ Episcopis Euangelium,& Apocalypsim,& tres Canonicas Epistolas. Hic sexagesimo octauo anno post passionem Domini sub Traiano moritur,& apud Ephesum sepelitur. Anno Domini 101

10.Hermas, cuius Apostolus Paulus ad Romanos meminit, scripsit librum, qui appellatur Pastoris. 60.

11.Philo Iudæus, natione Alexandrinus, de genere sacerdotum, scripsit librum vnum, de vita nostrorum sub Marco degentium. Huius extant præclara & innumerabilia opera. 50.

In quinque libros Moysi.

De confusione linguarum, liber vnus.

De natura & inuentione liber vnus.

De his quæ sensu pręcamur & testamur, liber vnus.

De eruditione, liber vnus.

De hærede diuinarum rerum liber vnus.

De diuisione ęqualium & cõtrariorum, liber vnus.
De tribus virtutibus liber vnus.
Quarę quorũdam in scripturis mutata sint nomina, liber vnus.
De pactis libri duo.
De vita sapientis liber vnus.
De tribus virtutibus liber vnus.
Quòd somnia mittãtur à Deo, libri quinque.
Quęstionum & solutionum in Exodum libri quinque.
De tabernaculo, & de catalogo libri quatuor.
De victimis & repromissionibus.
De maledictis.
De prouidentia.
De Idæis.
De cõuersatione vitæ Alexandri.
Quòd propriam rationem habeant muta animalia.
Quod omnis insipiens seruus sit.
De Apostolicis viris, quē inscripsit de contemplatiua vita.
De agricultura duos.
De ebrietate duos. Hic conscripsit secundum librum Machabæorum.
12. Lu-

12.Lucius Anneus Seneca Cordubē- Anno Domini. 50.
ſis Fotini Stoici diſcipulus, & patruus
Lucani poëtę, ſcripſit quaſdam epiſtolas ad Paulum Apoſtolum, & Apoſtolus quaſdam reſcripſit.

13.Ioſephus Mathathię filius ex Hie- 100.
roſolymis ſacerdos, à Veſpaſiano captus, ſcripſit Romæ ſeptem lib. Iudaicæ captiuitatis, & alios vigintiquatuor Antiquitatum libros, ab exordio mūdi vſq; ad quartum decimum annum Domitiani Cęſaris, & duos conflictus aduerſus Apionem Grammaticū Alexandrinum, & vnum qui inſcribitur, de potētia, in quo digeſta ſunt Machabæorum martyria.

14. Iuſtinus Tyberienſis de prouin- 90.
cia Galilæa, ſcripſit hiſtoriam Iudaicarum rerum, & quoſdam Commentariolos de ſcripturis.

15.Clemens, cuius Apoſtolus ad Phi- 77.
lippenſes meminit, quartus poſt Petrū Apoſtolum, Romę Epiſcopus, ſiquidē ſecundus Linus, terti⁹ Anacletus fuit, ſcripſit epiſtolam ad Corinthiorum Eccleſiam valde vtilem, & itinerarium Petri, & diſputationem Petri & Apio-

nis,& multa alia,quę inter apocrypha numerantur.

96 Dionysius Areopagita Philosophus à Paulo Apostolo conuersus, Athenis Episcopus ordinatus, scripsit librum de Hierarchia,& multa alia.

Dionysio caput hic non est assignatũ, quia apud Hieronymum in catalogo non est.

100 16. Ignatius Antiochenæ Ecclesiæ post Petrum Apostolum tertius Episcopus,scripsit Ecclesiæ Ephesiorum epistolam,alteram ad Magnesianos,tertiam ad Troienses,quartam ad Romanos,deinde ad Philadelpheos, & Smirnes.Hic passus est sub Traiano.

163 17.Polycarpus Ioannis Apostoli discipulus,ab eo Smirnæ Episcopus ordinatus,scripsit ad Philippenses valdè vtilem epistolam,quædã de die Paschæ. Hic sub Commodo pro Christo igni traditur.

100 18.Papias Ioannis auditor,Hierapolytanus in Asia Episcopus, quinq; scripsit volumina,quæ prænotauit,Explanatio sermonum Domini.

120 19.Quadratus Apostolorum discipulus,Athenarum Episcopus, scripsit librum

librum pro Christiana religione valdè vtilem Apostolica doctrina dignum.

20. Aristides Atheniensis Philoso- 120
phus eloquentissimus, scripsit volumen, nostri dogmatis rationem continens.

21. Agrippa cognomento Castoris, 130
vir valdè doctus, aduersus vigintiquatuor volumina Basilidis hæretici, quæ in Euangelium confecerat, fortissimè disseruit. Sub Adriano claruit.

22. Egesippus vicinus Apostolorũ 160
temporum, omnem à passione Domini vsque ad suam ętatem Ecclesiasticorum actuum texens historiam, quinq; libros composuit.

23. Iustinus Philosophus de Neapoli 150
vrbe Palæstinæ, patre Prisco Bachio, scripsit libros quatuor pro religione Christi contra Gentes, & vnum de monarchia Dei, & vnum quem prænotauit Psalten, & vnum de anima, & dialogum contra Iudæos, & insignia volumina contra Marcionem, & librum contra omnes hæreses. Ad vltimũ pro Christo sanguinem fudit.

Anno Domini. 24.Melito Asianus Sardensis Episcopus, librum pro Christiano dogmate
160 composuit. Scripsit etiam de Pascha duos libros. De vita Prophetarum librum vnum. De Ecclesia vnum. De die dominico vnum. De fide vnũ. De plasmate vnum. De senibus vnum. De corpore & anima vnũ. De baptismate vnum. De veritate vnum. De generatione Christi vnum. De prophetia sua vnum. De hospitalitate vnum. Et alium librum, qui Clauis inscribitur. De diabolo vnum. De Apocalypsi Ioannis vnum. Aeglogarum libros sex.

170 25.Theophilus sextus Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus, cõtra Marcionem librum composuit, & ad Auctolicum tria volumina, & contra hæresim Hermogenis librum vnum, & alios tractatus.

165. 26.Apollinaris Asiæ Hieropolitan⁹ Episcopus, insigne volumen pro fide Christianorum edidit, & quinque libros aduersus Gentes, & tres de veritate, & duos aduersus Cataphrygas.

170 27.Dionysius Corinthiorum Ecclesiæ Episcopus multas epistolas ad Ec-

clesias scripsit. In quibus est vna ad Anno Do-
Laodicenses, alia ad Athenienses. Ter mini.
tia ad Nicomedienses. Quarta ad Cretenses. Quinta ad Ponti Ecclesias. Sexta ad Ignosianos. Octaua ad Chrysophoram, sanctam fœminam. Sub Marco Antonio claruit.

28. Pinitus Cretensis Ignosiæ vrbis 170
Episcopus, scripsit ad Dionysium Episcopum valdè elegantem Epistolam.

29. Tatianus Hæresiarches infinita 170
scripsit volumina. Hic Iustini Philosophi discipulus fuit, in Rhetorica quã maximè floruit, nouam hæresim condidit.

30. Philippus Cretensis Gortinæ vr- 170
bis Episcopus, præclarũ aduersus Marcionem edidit librum.

31. Musanus non ignobilis scriptor 170
confecit librum aduersus quosdam, qui ad hæresim Tatianam declinauerunt.

32. Modestinus aduersus Marcionẽ 175
fecit librum, & alia quædam.

33. Bardesanes in Mesopotamia cla- 170
rus, infinita aduersus penè omnes hæreticos scripsit volumina. Hic nimis e-

loquens fuit, & nouam hæreſim condidit.

210 34. Victor tertiusdecimus Romanę vrbis Epiſcopus, De Paſcha & alia quędam ſcripſit volumina.

175 35. Hireneus Lugdunenſis Galliæ Epiſcopus, ſcripſit aduerſus hæreſes libros quinque, contra gentes volumē breue, de diſciplina aliud, & ad Marcionis fraudem, de Apoſtolica prędicatione, librum variorum tractatuum, ad Blaſtum de ſchiſmate, ad Florinum de Monarchia, de Ogdoade egregium documentum: & quædam ad Victorē Papam de Paſcha.

215 36. Panthenus Stoicæ ſectæ diſcipulus, tam in ſanctis ſcripturis, quàm in ſæculari literatura eruditus, Alexandriæ multos commentarios in ſanctā ſcripturam fecit. Hic ad Indiam miſſus, vbi Bartholomęus docuit, ibi Euangelium Matthæi reperit, quod & ſecum detulit.

200 37. Rhodon genere Aſianus, à Tatiano in ſcripturis Romæ eruditus, edidit plurima, præcipuumque aduerſus Marcionem opus, ſed & in Hexaēmeron

meron elegantes tractatus compoſuit, & aduerſus Cataphrygas inſigne volumen. Sub Commodo floruit.

38. Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ 200
presbyter, Pantheni auditor, poſt eum Eccleſiaſticam ſcholam tenens, ſcripſit inſignia volumina, plena eruditionis & eloquentiæ, tam de ſcripturis diuinis, quàm de ſæcularis literaturæ inſtrumento. Quibus ſunt illa Stromatũ & informationum libri octo, de pædagogis vnus, de Paſcha vnus, de Ieiunio vnus, de diſceptatione vnus, & alius qui inſcribitur: Quiſnam ille diues ſit. De obtrectatione liber vnus, de canonibus eccléſiaſticis vnus. Huius diſcipulus fuit Origenes.

39. Melciades ſcripſit præcipuum vo 170
lumen aduerſus Montanum & Priſcã, & Maximillam, & alios libros aduerſus Gentes & Iudæos.

40. Apollonius vir diſertiſſimus, ſcri 180
pſit aduerſus Montanum, & Priſcam, & Maximillam inſigne & magnum volumen. Contra hunc ſcripſit Tertullianus. Hic claruit ſub Seuero.

Anno Domini

41. Serapion Antiochiæ Episcopus, scripsit Epistolam ad Carinum & Pon
193 tium de hæresi Montani. Ad Domnionem quoque librum composuit, & vnum de Euangelio, & alias breues epistolas.

190 42. Apollonius Romanæ vrbis senator, insigne volumen pro fide nostra composuit. Hic sententia senatus pro Christo capite truncatur.

200 43. Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, quæ olim turris Stratonis vocabatur, episcopus, de Pascha synodicam & valdè vtilem composuit epistolam.

200 44. Bachilus Corinthiorum Episcopus, elegantem librum de Pascha composuit.

200 45. Policrates Ephesiorum Episcop⁹ scripsit Synodicam epistolam ad Victorem Romanum Episcopum.

200 46. Heraclitus in Apostolum commentarios composuit.

200 47. Maximinus famosam quæstionem insigni volumine ventilauit, vnde malum, & quod materia à Deo facta sit.

Can-

48. Candidus in Hexaëmeron pulcherrimos tractatus edidit. Anno Domini 200

49. Appius similiter in Hexaëmeron tractatus fecit. 200

50. Sextus sub Seuero scripsit librũ de resurrectione. 200

51. Arabianus quædam opuscula ad Christianum dogma pertinentia edidit. 200

52. Iudas plenissimè disputauit de septuaginta Ebdomadibus apud Danielem, & Chronica vsq; ad Seuerum perduxit. 200

53. Tertullianus presbyter prouinciæ Africanę ciuitatis Carthaginensis, patre Centurione proconsulari, acris & vehementis ingenij multa scripsit volumina. Specialiter autem aduersus ecclesiam texuit volumina. De pudicitia. De persecutiõe. De ieiunijs. De Monogamia. De extasi libros quinq;, & sextũ aduersus Apolloniũ, & multa alia quæ non extant volumina. 200

54. Origenes, qui & Adamãtius Leonide patre, matre,* Alexandriæ, à Demetrio eiusdem vrbis Episcopo in locum Clementis presbyteri confirma- 261

* hic est defectus in contextu.

tus,tantum in ſcripturis habuit ſtudij, vt & Hebræam linguam contra ætatis gentiſq; ſuæ naturam ediſceret:& excce ptis ſeptuaginta Interpretib.alias quo que editiones in vnum congregaret, Aquilæ ſcilicet Pontici Próſeliti, & Theodotionis Ebionæi & Symmachi eiuſdem dogmatis.In Euangeliũ quoque κατὰ Matthæum ſcripſit Commentarios.Præterea quintam & ſextam, & ſeptimam æditionem cum cæteris cõparauit.Dialecticam quoque & Geometriam,& Arithmeticam, & Aſtronomiam,Muſicam & Grammaticam, & Rhetoricam, omniumque Philoſophorum ſectas ita didicit, vt ſtudioſos quoque ſæcularium literarum ſectatores haberet,concurſuſq; ad eum mirificè fierent. Sex milia librorum ſcripſit.Sub Seuero floruit.

330 55.Ammonius vir diſertus & valdè eruditus,in Philoſophia clarus, Alexandriæ inter multa ingenij ſui præclara monumenta etiam de conſonantia Moyſi & Ieſu, elegans opus compoſuit, & Euangelicos canones excogitauit,

tauit,quos poſtea ſecutus eſt Euſebius Cæſarienſis.

56. Ambroſius primũ Marcionites, 230
deinde ab Origene correctus Eccleſiæ Alexandriæ Diaconus, multas epiſtolas ad Origenem ſcripſit. Ad hũc Origenes infinita dictauit volumina.

57. Triphõ Origenis auditor in ſcrip- 230
turis eruditiſſimus multa fecit opuſcula, præcipuè librum quem compoſuit de vacca rufa, in Deuteronomio. De diuiſione columbæ & turturis ab Abraham.

58. Minuti⁹ Felix, Romę inſignis cau 230
ſidic⁹ ſcripſit altercationis dialogum, Chriſtiani & hæretici diſputantis, & librum de facto contra Mathematicos.

59. Gaius aduerſus Proculum Mon- 230
tani ſectatorem valdè inſignem habuit diſputationem.

60. Berillus Arabiæ Botrenus Epiſ- 235
copus, in quandam hæreſim lapſus, ab Origene correctus, ſcripſit varia opuſcula, & maximè epiſtolas. Extat & Dialogus Origenis & Berilli.

61. Hippolytus cuiuſdã vrbis Epiſco- 200
pus, ſcripſit de Paſcha & temporibus,

& non.

& nonnullos in ſcripturas commentarios:In Hexaëmeron. In Exodum. In Cantica canticorum. In Geneſim. In Zachariam.De pſalmis. In Eſaiam. In Danielem.In Apocalypſim. In Prouerbia.In Eccleſiaſten.De Saul & Phytoniſſa.De Antichriſto. De reſurrectione.Contra Marcionem. De Paſcha, aduerſum omnes hæreſes narrationẽ. De laude Saluatoris.

250 62. Alexander Cappadociæ Epiſcopus,ſcripſit epiſtolam ad Antiochenſes,& aliam ad Originem,aliam ad Demetriũ,& alias ad diuerſos epiſtolas. Hic ſub Decio martyrio coronatur.

200 63.Iulius Aphricanus ſcripſit quinque de temporibus volumina. Hic ab Aurelio Imperatore ſuſcepit legationem pro inſtauratione vrbis Emaus, quæ poſtea Nicopolis eſt appellata.

230 64.Geminus Antiochenæ Eccleſiæ presbyter,quædam ingenij ſui monumenta compoſuit.

65.Theodorus,qui poſtea Gregori' appellatus eſt,Neocæſareæ Ponti Epiſcopus,Origenis auditor, ſcripſit Metaphraſin in Eccleſiaſten, breuem qui-

dem, sed valdè vtilem, & alias de fide epistolas.

66.* Cornelius Romanæ vrbis Episcopus, scripsit epistolam ad Fabium Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum, de Synodo Romana, & Italica, aliam de Nouatiano, & de his qui lapsi sunt: tertiam de gestis Synodi, quartam ad eundem Nouatum, & Fabium valdè prolixam. 240

* apud Hieron. inter hos duos interseritur Theodor. cap. 65.

67. Cecilius Cyprianus Aphricus Carthaginēsis Episcopus, multa composuit opera, quæ sole sunt clariora, passus est sub Valentiano, quo Cornelius Romæ. 249

68. Pōtius Diaconus Cypriani, egregium volumē vitæ & passionis Cypriani reliquit. 240

69. Dionysius Alexandriæ vrbis Episcopus, Origenis insignissimus auditor, scripsit quatuor libros: Ad Dionysium Romanæ vrbis Episcopum, & ad Leodicenses de pœnitentia. Item Canonem de pœnitentia. Ad Origenem de martyrio. Ad Armenios de pœnitētia, & de ordine delictorum. De natura ad Timotheum, & de tētationibus 255

ad Euphranonem, ad Baſilidem quoq; multas epiſtolas.

250 70. Donatus Romanę vrbis presbyter, aduerſus Cornelium, Cathedram ſacerdotalem inuadens, lapſos recipere nolens, ſcripſit de Paſcha, de Sabbatho, de oratione, de cibis Iudaicis, de Attalo, multaque alia, & de trinitate grande volumẽ, quod plurimi Cypriani exiſtimant.

Hic ſcriptor apud Hieron. rectius vocatur Nouatianus. de Donato vide infra cap. 93.

270 71. Malchion diſertiſſimus Antiochenæ Eccleſię presbyter, dialogum aduerſus Paulum Samoſatenum diſputauit.

280 72. Archelaus Epiſcopus Meſopotamiæ librum aduerſum Manichæum compoſuit.

285 73. Anatholius Alexandrinus Laodiciæ Syriæ Epiſcopus, volumen de Paſcha cõpoſuit, decem libros, de Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grãmatica, Rhetorica, Dialectica.

270 74. Victorinus Pictauiẽſis Epiſcop⁹, ſcripſit commentarios in Geneſim, in Exodum, in Leuiticum, in Eſaiam, in Ezechielẽ, in Habacuc, in Eccleſiaſten, in Cantica canticorum, in Apocalypſim Ioannis, & aduerſum omnes hære

ſes, & multa alia: ad extremum martyrio coronatur.

75. Pamphylus presbyter Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi neceſſarius, tanto bibliothecæ diuinæ amore flagrauit, vt maximam partem Origenis voluminum ſua manu cōſcripſerit, & in duodecim prophetas vigintiquinque quæſtionū Origenis volumina. ſub Maximiano paſſus eſt Martyrio ꝑ Chriſto. 240

76. Pierius Alexādrinæ eccleſię preſbyter, ſcripſit longiſſimum tractatum in Oſee Prophetā, & alios diuerſos tractatus, tanta ſermonis elegantia, vt iunior Origenes vocaretur. 290

77. Lucianꝰ vir diſertiſſimus Antiochenæ eccleſiæ presbyter, poſtmodū Nicomediæ Epiſcopus, magno ſcripturarum ſtudio laborans, ſcripſit librum de fide, & epiſtolas ad nonnullos. Paſſus eſt ſub Maximiano, & Helenopoli ſepultus. 240

Epiſcopū Nicomediæ hunc fuiſſe Hiero. nō meminit.

78. Phileas de vrbe Aegypti, quę vocatur Thebais, nobili genere, magnis opibus, elegantiſſimū librum de Martyrum laude compoſuit. Hic pro Chriſto capite truncatur. 240

Arno-

Anno Domini 300. 79. Arnobius rector, ſcripſit aduerſus Gentes duo volumina.

320 80. Firmianus, qui & Lactantius, Arnobij diſcipulus, ſcripſit in ſcholis Africæ Itinerarium Hexametris verſib': & alium librum, qui inſcribitur Grammatibus, & alium pulcherrimum, de ira Dei, & Inſtitutionum diuinarum, aduerſus Gentes libros ſeptem. Ad Aſclepiadem duos. Ad Demetrium auditorem ſuum, epiſtolarum libros ſeptem. De perſecutione vnum, ad Probum epiſtolarum libros quatuor. Ad Seuerum epiſtolarum libros duos. Ad Demetriadem de Opificio Dei, vel formatione hominis librum vnum. Hic magiſter Cæſaris Criſpi filij Conſtantini fuit.

320 81. Euſebius Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, in ſcripturis diuinis ſtudioſiſſimus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo martyre diligentiſſimus inueſtigator, edidit infinita volumina, de quibus hæc ſunt: Euangelicæ expoſitionis libri viginti. Euangelicarum quæſtionum libri quindecim. Thophaniæ libri quinque. Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri

bri decem: Omnimodam historiam, & eius breuiarium. De Euangeliorum dissonantia, & in Esaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eodem tēpore scribebat in Sicilia, (vt quidam putant) libri triginta. Topicorum liber vnus. Pro Origene libri sex. De vita Pamphili martyris tres. De martyribus, & alia opuscula, & in centum quinquaginta Psalmos eruditissimos Commentarios, & alia multa. Floruit maximè sub Constantino, & ob amicitiam Pamphili martyris, cognomentum ab eo Eusebius Pamphili, sortitus est.

82. Rethicius Augustudunensis Epi 320
scopus, scripsit commentarios in Cantica canticorum, & aliud grande volumen aduersus Nouatianum.

83. Methodius Olympi Lyciæ, & po- 255
stea Tyri Episcopus, nitidi compositique sermonis aduersus Porphyrium confecit libros, & Symposion decem virginum: De resurrectione opus egregium. Contra Origenem, & aduersus eundem de Phitonissa. De animæ exitu. In Genesim. In Cātica canticorum

Anno Domini. commentarios, & multa alia. Sub Decio & Valeriano Martyrio coronatus est.

330 84. Iuuencus, nobilissimi generis Hispanus presbyter, quatuor Euangelia Hexametris versibus, quatuor libris composuit, & nonnulla eodem Metro ad sacramentorum ordinem pertinentia: floruit sub Constantino.

330 85. Eustachius genere Pamphilus, primum Berœæ Syriæ, deinde Antiochiæ Episcopus, multa cōposuit, aduersus Arrianorū dogmata, & de Anima multa volumina, & aduersus Origenem, & infinitas epistolas.

365 86. Marcellus Anchiranus Episcop⁹, sub Constantino & Constantio multa diuersarum expositionū scripsit volumina, & maximè aduersum Arrianos.

379 87. Athanasius Alexandriæ vrbis Episcopus, sub Constante scripsit duos libros aduersum Gentes, contra Valētem & Vrsacium librum vnū. De virginitate librum vnum. De persecutionibus Arrianorum plurimos. De Psalmorum titulis, historiarum Antonij Monachi, & multa alia.

Anto-

88. Antonius monachus cuius vitã Athanasius insigni volumine prosecutus est, misit septem epistolas ad diuersa monasteria, Apostolici sensus & sermonis. 330

89. Basili⁹ Ancyranus Episcopus, artis Mechæç, sub Constantio scripsit cõtra Marcellum, & de virginitate librũ, & nonnulla alia. 330 Vide annotata in Hieronym.

90. Theodorus Heracliæ Thraciarũ Episcopus, elegãtis, apertique sermonis edidit sub Constantio commentarios in Matthæum, in Ioannem, in Apostolum. 340

91. Eusebius Emisenus Episcopus, elegantis & Rhetorici ingenij, innumerabiles confecit libros, è quibus præcipui sunt, aduersus Iudæos & Gentes, ad Nouatianos, in epistolam ad Galathas libri decem, in Euangelia Homeliæ plurimę, sed breues. Floruit sub Cõstantio. 340

92. Tryphillius Cypri Ledrensis siue λευτεῶνος Episcopus eloquentissimus, sub Constantio scripsit commentarios in Cantica canticorum, & multa alia. 340

340 93.Donatus, à quo Donatiani, per Africam sub Constantio multa scripsit opuscula, ad suam hæresim pertinẽtia, & de Spiritu sancto librum, Arriano dogmati congruentem.

340 94.Asterius Arrianæ factionis Philosophus, sub Constantio scripsit in Epistolam ad Romanos. In Euangelia. In Psalmos Commentarios, & alia multa.

370 95. Lucifer Caralitanus Episcopus contra Constantinum Imperatorem scripsit libros.

370 96.Eusebius natione Sardus, ex lectore vrbis Romę Vercellensis Episcopus, ob Confessionem fidei à Constantino Principe Scitopolim, inde Capadociam relegatus, & sub Iuliano Imperatore reuersus, edidit in Psalmos commentarios Eusebij Cæsariensis.

360 97.Fortunatius natione Afer, Aquilegiensis Episcopus, sub Constantino scripsit commentarios in Euangelia, titulis ordinatis.*

*Hic apud Hiero. Fortunatianus est.

350 98.Acatius Cæsariensis Palæstinæ Episcopus, elaborauit in Ecclesiasten octodecĩ volumina, ad dogma populo-

rum

rum sex. Preterea multos diuersósque tractatus composuit. Interim autem sub Constantio Imperatore claruit, vt in locum Liberij Episcopi Felicem Arrianum Episcopum constituerit.

99. Serapion Themuseos Episcopus, 340
qui ob elegantiam ingenij, cognomē scholastici accepit, char⁹ Antonij Monachi, edidit aduersus Manichæum egregium librum: De Psalmorum titulis vnum, & ad diuersos vtiles epistolas. Sub Constantino claruit.

100. Hilarius Pictauiensis Episcop⁹, 371
factione Saturnini Arelatensis Episcopi, de Synodo Biterensi in Phrygiā relegatus, sub Valentiniano confecit duodecim libros, aduersus Arrianos, & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Episcopos scripsit. In Psalmos commentarios, in primum videlicet & secundum, & à quinquagesimo primo, vsque ad sexagesimum secundum: & à centesimo octauo, vsq; ad extremum. In quo opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de suo addidit. Scripsit duos libros ad Constantium, & vnum aduersus Valentem &

Anno Domini. Vrsacium, historiam Ariminensis & Seleuciensis Synodi cõtinentem. Et ad Præfectum Salustium, siue cõtra Dioscorum, & librum Hymnorum, & aliũ mysteriorum, & commentarium in Matthæum, & Tractatus in Iob, & elegantem librum contra Auxentium, & nonnullas ad diuersos epistolas, & librum in Cantica canticorum.

360 101. Victorinus natione Afer, Romę sub Constantio Rhetoricam docens, scripsit aduersus Arrianum libros more Dialectico valdè obscuros, qui inde ab eruditis non intelliguntur, & commentarios in Apostolum.

370 102. Titus Bostrenus Episcopus, sub Iuliano fortes aduersus Manichæos scripsit libros, & nonnulla alia volumina.

380 103. Damasus Romanę vrbis Episcopus, sub Theodosio multa & breuia volumina, heroico metro edidit.

380 104. Appollinaris Laodicenus Syriæ Episcopus, patre presbytero, sub Theodosio innumerabilia in sanctas scripturas composuit, & contra Porphyrium triginta libros.

105. Gregorius Boeticus, * Hiliberri Episcopus, diuersos tractatus composuit, & de fide elegantem librum. 370

* Ilиberi est apud Hier.

106. Pacatius in Pirenæis iugis Barcinonæ Episcopus, tam vita quã sermone clarus, scripsit varia opuscula cõtra Nouatianos sub Theodosio. 380

107. Fotinus Marcelli discipulus, Sirmij Episcopus ordinatus, in hæresim Thebionis lapsus, plura scripsit volumina, in quibus vel præcipui sunt contra Gentes, & ad Valentinianum librum. 380

108. Phœbadius Agenni Galliarum Episcopus, edidit contra Arrianos librum, & alia multa. 380

109. Dydimus Alexandrinus captus à parua ætate oculis, & ob hoc quoque elementorum penitus ignarus, tantum miraculum sui omnibus præbuit, vt Dialecticam & Geometriam, quæ vel maximè visu indigent, vsque ad perfectum didicerit. Hic plurima, nobiliaque conscripsit, commentarios in Psalmos, commentarios in Euangelium Matthæi & Ioannis, de dogmatibus, & contra 395

Arrianos libros duos. De Spiritu ſan-
cto librum vnum. In Eſaiam tomos o-
ctodecim. In Oſee libros tres. In Zacha
riam quinque, & commẽtarios in Iob,
& multa alia.

370 110. Optatus Afer Mileuitanus Epi-
ſcopus, ſub Valente ſcripſit libros ſex,
aduerſum Donatianæ partis calum-
niam.

370 111. Achilius Seuerus Hiſpanus, ſub
Valentiniano compoſuit volumen,
quaſi Hodœporicum, totius vitæ ſuæ
*vide annotata in Hieronym. ſtatum cõtinens, tam proſa quàm ver
ſibus, quod vocauit Cataſtrophen.*

370 112. Cyrillus Hieroſolymę Epiſcop9,
ſępè pulſus ab Eccleſia & receptus, ſub
Theodoſio ſcripſit quædam volumi-
na.

370 113. Eulonius Theſpeſium Epiſcop9,
varios & multiplices tractatus com-
poſuit.

400 114. Epiphanius * Cypri Salaminæ E-
*vide annotata in Hieronym. piſcopus, ſcripſit aduerſus oẽs hæreſes
libros, & multa alia.

380 115. Effrem Ediſſenæ Eccleſiæ Diaco-
nus, multa compoſuit opuſcula, & de
Spiritu ſancto.

Baſi-

116. Basilius Cæsareæ Capadociæ, quę 380
prius Mazaca vocabatur, Episcopus, egregios contra Eunomium elaborauit libros, & de sancto Spiritu volumē, & in Hexaëmeron Homelias nouem, & varios tractatus. Claruit sub Gratiano.

117. Gregorius Nazanzenus, vir elo 390
quentissimus, ad triginta milia versuum, omnia opera sua cōposuit. E quibus illa sunt: De morte fratris Cæsarij. Laudes Machabęorum, laudes Cypriani, laudes Athanasij. Laudes Maximi Philosophi, & postea Episcopi, & librum Hexametro versu virginitatis & nuptiarum, contra se differentium. Aduersus Eunomium libri duo. De spiritu sancto liber vnus. Contra Iulianum Imperatorē liber vnꝰ. Sub Theodosio floruit.

118. Lucius Alexandrinus Episcopus, 390
Arrianæ partis, composuit solemnes epistolas de Pascha, & non paucos variarum expositionum libellos.

119. Diodorus Tharsensis Episcopꝰ, 390
commentarios in Apostolum fecit, & multa alia.

Anno Domini 120. Eunomius Arrianę partis Cyzizenus Episcopus, multa contra Eccle-
390 siam scripsit. Responderunt ei Apollinaris, Dydimus, Basilius Cæsariensis, & Gregorius Nazanzenus, & Nissæus.

390 121. Priscillianus Abilæ Episcopus, qui factione Idacij & Itacij Treuiris à Maximo cæsus est, edidit multa opuscula.

390 122. Latronian⁹, prouinciæ Hispanię, vir valdè eruditus, & in Metrico opere veteribus comparandus, cæsus & ipse Treueris cum Priscilliano, diuersis Metris edidit multa opera.

390 123. Tyberianus Boeticus, scripsit Apologeticum tumenti, compositoq; sermone.

380 124. Ambrosius Mediolanensis Episcopus, scripsit Hexaëmeron, & librũ de officijs, & vnum de Sacramentis, & multa alia egregia.

380 125. Euagrius Antiochię Episcopus, acris & feruentis ingenij, diuersarum expositionum tractatus edidit, & vitam Antonij de Græco in Latinum transtulit.

Am-

126.Ambrosius Alexandrinus, auditor Dydimi, aduersum Apollinarem volúmen multorum versuum de dogmatibus scripsit, & commentarios in Iob. 380

127.Maximus Philosophus, natus Alexandriæ, Constantinopoli Episcop⁹ ordinatus & pulsus, insignem de fide aduersum Arrianos scripsit librum, quem Gratiano Imperatori edidit. 380

128.Gregorius Emisenus Episcop⁹, frater Basilij Cæsariensis, Hieronymo & Gregorio Nazanzeno legit libros contra Eunomium, qui & alia multa scripsit. 380

129.Ioannes Antiochenæ ecclesiæ, presbyter, Eusebij Niseni, Theodoriq; sectator, multa composuit opuscula. 390

130.Gelasius Cæsareæ Palestinę Episcopus, post Eunomium Episcopum, accurati limatique sermonis scripsit quædam capitula. 390

131.Theotimus Scithiæ, Thomorum Episcopus, in morem dialogorum, & veteris eloquentiæ breues; commaticosq; tractatus edidit. 390

390 132. Dexter Patiani filius clarus ad ſæculum, & Chriſti fidei deditus, texuit omnimodam hiſtoriam.

390 133. Amphilogius Iconij Epiſcopus, edidit librum de ſpiritu ſancto.

390 134. Sophronius vir apprimè eruditus, laudes, adhuc puer, & de ſubuerſione Serapis inſignem librum compoſuit, & opera Hieronymi in Græcum tranſtulit.

410 135. Hieronymus natus Patre Euſebio, oppido Stridonis Panoniæ confinij, ſcripſit ſub Theodoſio vitã Pauli monachi. Epiſtolarum ad diuerſos librum vnum, ad Heliodorum exhortatoriam. Altercationem Luciferiani & orthodoxi. Chronicon omnimodę hiſtoriæ. In Hieremiam & Ezechielem Homelias Origenis viginti ſex. De Seraphin. De Oſanna. De frugi & luxurioſo filio. De tribus quæſtionibus veteris legis Homelias tres. In Cantica Cãticorum duas. Aduerſus Heluidium vnam epiſtolam. De ſancta Maria. Ad Euſtochium de virginitate ſeruanda vnam. Ad Marcellum epiſtolarum librum vnum. Conſolatoriam de morte ſi-

te filiæ ad Paulam vnam. In epiſtolam Pauli ad Galatas commentariorum libros quatuor. Item in epiſtolam Epheſios libros tres. In epiſtolam ad Titum librum vnum. In epiſtolam ad Philemonem librum vnum. In Eccleſiaſten commentarios. Quæſtionum Hebraicarum in Geneſim librum vnum. De locis librum vnum. De ſpiritu ſancto librum vnum. In Lucam Homelias triginta octo. In Pſalmos à decimo vſq; ad ſextumdecimum tractatus ſeptem. De captiuo Monachô, vitam beati Hilarionis, vitam Paulæ, Nouum Teſtamentum de Græco, Vetus de Hebræo in Latinum tranſtulit, duodecim Prophetas expoſuit, infinitas epiſtolas, & alia innnumerabilia compoſuit.

1. Iacobus cognomento Sapiens, Niſebenæ nobilis, Perſarum ciuitatis Epiſcopus, ſub Maximiano confeſſor, ſcripſit vigintiſex libros, idem de fide contra omnes hæreſes, de charitate generali, de ieiunio, de oratione, de dilectione erga proximum ſpeciali, de reſurrectione, de vita poſt mortem, de humilitate, de patientia, de pœnitentia, 330

Hactenus ex Hieronymo. Deinceps nunc vide Gēnadiū cap. I.

tia,

Anno Domini. tia, de satisfactione, de virginitate, de sensu animæ, de circuncisione, de azymo benedicto in Esaia, de Christo, quòd filius Dei sit, & consubstantialis patri, de castitate aduersus Gentes, de constructione tabernaculi, de Gentium conuersatione, de regno Persarum, de persecutione Christianorum. Scripsit & Chronica. Sub Constantio moritur.

336. 2. Iulius, vrbis Romæ Episcopus, scripsit ad Dionysium quendam de incarnatione Domini epistolam vnam.

390. 3 Paulonas presbyter, discipul⁹ beati Effrem, homo valde acris ingenij, & in diuinis doctus scripturis, ab Ecclesia se separans, scripsit multa fidei contraria.

360 4. Vitellius Afer, Donatiorum scisma defendens, scripsit aduersum Gentes, & aduersum nos, velut traditores in persecutione diuinarum scripturarum, & ad regulam ecclesiasticam pertinentia, multa disseruit. Sub Constante claruit.

Macro-

5. Macrobius presbyter, & ipſe Do- 360
natiſta, poſtea in vrbe Roma occultè
Epiſcopus, ſcripſit ad Confeſſores &
ad virgines librum vnum, mora-
lis quidem, ſed valdè neceſſariæ do-
ctrinæ.

6. Heliodorus presbyter ſcripſit li- 380
brum de naturis rerum exordialium.

7. Bachomius Monachus, fundator 390
cœnobiorum Aegypti, ſcripſit regulã
vtrique generi Monachorum aptam,
quam angelo dictante perceperat. Scri
pſit & ad Collegas præpoſituræ ſuæ e-
piſtolas, in quibus Alphabetum my-
ſticis tectum myſterijs, vel humanæ
conſuetudinis excedentem intelligen
tiam clauſit, ſolis credo eorum gene-
re vel meritis manifeſtatum. Scripſit &
de Paſcha.

8. Theodor⁹ presbyter, ſucceſſor Ba- 420
chomij, ſcripſit ad alia monaſteria epi
ſtolas, ſanctarum ſcripturarum ſermo
ne digeſtas.

9. Orieſieſis Monachus amborum 420
ſupradictorum collega, vir in ſcriptu-
ris ad perfectum inſtructus, compoſu-
it librum diuino cõditum ſale, totiuſ-

que

que Monasticæ disciplinæ instrumentis constructum, in quo totum penè vetus & Nouum testamentum compendiosè est compositum.

350 10. Macharius ille Aegyptius signis & virtutibus clarus, vnam tantum ad iuniores suæ professionis scripsit epistolam.

380 11. Euagrius monachus supradicti Macharij familiaris discipulus, diuina & humana literatura insignis, scripsit multa necessaria Monachis, scilicet vitam Patrum, & aduersum octo Principaliū vitiorum suggestiones, octo ex sacrarum scripturarum testimonijs libros. Composuit & Cœnobitis ac Synoditis doctrinam aptam vitæ communis: & ad virgines Deo sacratas libellum vnum, competentem religioni & sexui. Edidit & paucas sententiolas valdè obscuras, & (vt ipse ait) solis monachorum cordibus cognoscibiles.

360 12. Theodorus Antiochenæ Ecclesię presbyter, vir scientia caut⁹, & lingua disertus, scripsit aduersus Apollinaristas & Eunomianos, de incarnatione Domi-

Domini libri quindecim, ad quindecī milia versuum continentes.

13. Prudentius vir sæculari literatura 360
eruditus, composuit Dittochæum de toto veteri Testamēto, personis exceptis. Commētatus est autem & in morem Græcorum Hexaëmeron de mundi fabrica. Cōposuit & libellos, quos Græcè prętitulauit ἀποθέωσις, ψυχομαχία, ἁμαρτιγένεια, id est, de diuinitate, de compugnantia animi, de origine peccatorum. Fecit & in laudē martyrum librum vnum, & alterum aduersus Symmachum.

14. Audentius Episcopus Hispanus 390
scripsit aduersum Manichęos, & Sabellianos, & Arrianos, maximè contra Fotinianos.

15. Commodianus quidam scripsit 400
librum aduersus Paganos.

16. Faustinus presbyter scripsit ad per 390
sonam Flaccillæ Reginæ, aduersum Arrianos, & Macedonios libros septem, & vnum Valentiniano & Theodosio Imperatoribus.

17. Rufinus Aquilegiensis Ecclesiæ 400
presbyter, nō minima pars doctorum

Eccleſiæ in transferendo de Græco in Latinum elegans habens ingenium, maximam partem Græcorum bibliothecę latinis exhibuit: Baſilij videlicet, Cæſarienſis Epiſcopi, Gregorij Nazanzeni, eloquentiſſimi hominis, Clemẽtis Romani recognitionum libros, Euſebij Cæſarienſis Palæſtinæ hiſtorię nouem libros, quibus duos addidit. Syxti Philoſophi ſententias aduerſus Mathematicos. Origenis autem non omnia, quia & Hieronymus aliquanta tranſtulit. Symbolum ſic expoſuit, vt in eius expoſitione alij nec expoſuiſſe credantur. Diſſeruit & benedictionem Iacob ſuper Patriarchas, triplici modo, id eſt, hiſtorico, morali & myſtico ſenſu. Scripſit & epiſtolas ad timorem Dei hortatorias multas. Suo obtrectatori duobus voluminibus reſpondit.

390 18. Tichonius natione Afer, in diuinis literis eruditus, in ſęcularibus non ignarus, in Eccleſiaſticis negotijs ſtudioſus, ſcripſit de bello inteſtino libros tres. Expoſitiones diuerſarum

cauſa-

causarum. Composuit & regulas o- Anno Domini.
cto ad inuestigandum intelligentiam scripturarum, quas in vno volumine conclusit. Exposuit & Apocalypsim Ioannis ex integro, nihil in ea carnale, sed totum intelligens spiritale. Sub Theodosio floruit.

19. Seuerus presbyter, cognomento 420
Sulpitius Aquitanicæ prouinciæ, vir genere & literis nobilis, scripsit vitam Martini Thuronensis Episcopi, & Paulini Nolanensis, & sororis suæ: epistolas multas hortatorias,

Ad amorem Dei, & contemptum mundi. Scripsit & ad Paulinum duas, & ad alios alias. Sub Archadio claruit.

20. Antiochus scripsit aduersus aua- 390
ritiam vnum & longum volumen, & Homeliam de cæco nato. Sub Archadio moritur.

21. Seuerianus Gauellensis Ecclesiæ 400
Episcopus, in diuinis scripturis eruditus, & in Homelijs mirabilis declamator, frequenter à Ioanne Episcopo,

 & Im-

& Imperatore Arcadio, ad faciendum ſermonem Conſtantinopolim vocatus, ſcripſit expoſitionem in epiſtolã ad Galathas, de Baptiſmo, & Epiphaniæ ſolemnitate libellum gratiſſimum.

420 22. Niceas Romatianę ciuitatis Epiſcopus, compoſuit ſimplici & nitido ſermone ſex, competentes ad baptiſmum inſtructionis libellos. Ex quibus primus eſt de competẽtibus baptiſmi. Secundus: de Gentilitatis erroribus. Tertius: de fide vnicæ Maieſtatis: Quartus: aduerſus Genealogiam. Quintus: de Symbolo. Sextus: De agni Paſchalis victima. Condidit & ad lapſam virginem libellum, penè omnibus labentibus emendationis incentiuum.

420 23. Olimpius natione Hiſpanus Epiſcopus, ſcripſit librum fidei aduerſus eos, qui naturam, & non arbitrium in culpam vocant.

450 24. Bachianus, vir Chriſtianę Philoſophiæ nitidus & expeditus, edidit grata opuſcula de fide.

Vide anno tata in Gennadium.

25. Sabacius Gallicanæ eccleſiæ Epiſcopus, rogatus à quadã caſta & Deo dica-

dicata virgine Secunda nomine, composuit librũ de fide aduersus Marcionem, & Valentinum eius authorem, &aduersus Eunomium, & eius magistrum Aëtium.

26. Isaac scripsit de trib. personis sanctæ Trinitatis, & incarnatione Domini librum obscurissimę disputationis, & inuoluti sermonis. 450

27. Vrsinus monach⁹ scripsit aduersus eos, qui hæreticos rebaptizandos decernunt. 450

28. Macharius alius Monachus scripsit in vrbe Roma aduersum Mathematicos librum. 490

29. Heliodorus alius Antiochię presbyter, edidit de Virginitate egregium, & sanctis scripturis instructum volumen. 490

30. Ioannes Hierosolymorum Episcopus, scripsit aduersus obtrectatores studij librum, dicẽs se Origenis ingenium, non fidem secutum. 400

31. Paulus Episcopus scripsit de pœnitentia libellum.

32. Heluidius Auxentij discipulus, Symmachi imitator, scripsit de sancta 370

Anno Domini.

Maria librum erroris plenum. Cui Hieronymus respondit libello doctrina pleno.

390 33. Theophilus Alexandrinæ ciuitatis Episcopus, scripsit aduersus Origenem grande volumen, & aliud aduersus Anthropomorphitas hæreticos, qui Deum humana figura & mẽbris constare credunt, & Paschalem Cyclũ, & tres libros edidit.

390 34. Eusebius scripsit de Crucis Domini mysterio, & Apostolorum constantia.

400 35. Vigilantius presbyter, natione Gallus, Hispaniæ Barcilonensis Parrochiæ Ecclesiam tenens, scripsit quædam hæresi plena, cui Hieronymus respondit.

420 36. Simplicianus Episcopus Mediolanensis, multis epistolis hortatus est Augustinum, ad hunc presbyterum agitare ingenium, vt nouus quidã Ambrosius Origenis compulsor operis videretur.

430 37. Vigilius Episcop⁹, scripsit ad Simplicianum in laude Martyrum libros quinque.

Augusti-

38. Auguſtinus Afer Hipponēſis op 430
pidi Epiſcopus, vir eruditione diuina & humana orbi clarus, fide integer, & vita purus, ſcripſit tanta, quanta nec inueniri poſſunt: Quindecim libros, De Trinitate: vigintiduos de ciuitate Dei: & alia innumerabilia.

39. Oroſius presbyter Hiſpanus ge 420
nere, vir eloquens & hiſtoriarum cognitor, ſcripſit ſeptem libros, in quibus deſcripſit hiſtoriam ab origine mundi vſque ad ſua tempora. Hunc miſit Auguſtinus ad Hieronymum pro diſcenda ratione animæ. Sub Honorio claruit.

40. Maximus Taurinenſis Eccleſiæ 420
Epiſcopus, vir in diuinis ſcripturis ſatis intentus, compoſuit in laudem Apoſtolorum tractatus, & in Ioannis Baptiſtæ, & generalem omnium martyrum Homeliam. Sed & de capitulis Euangeliorum, & Actuum Apoſtolorum multa ſapienter expoſuit. Fecit & duos de Conuerſatione ſancti Euſebij Vercellenſis Epiſcopi & Confeſſoris, tractatus,

De ſancto Stephano. De baptiſmi gratia librum edidit. De auaritia. De hoſpitalitate. De defectu lunę. De eleemoſynis. De paſſione Domini. De ieiunio ſeruorum Dei generali. De ieiunio ſpeciali quadrageſimæ. De Calendis Ianuarijs. Homelias de Natiuitate Domini. De Epiphania. De Paſcha. De Pētecoſte multas. Et alia plurima. Sub Theodorico claruit.

385 41. Petronius Bononienſis eccleſiæ Epiſcop⁹, vir ſanctæ vitæ, & Monachorum, ſtudijs ab adoleſcentia exercitatus, ſcripſit vitas Patrum Aegypti monachorum: floruit ſub Theodorico.

390 42. Pelagi⁹ hæreſiarches ſcripſit tres libros de fide Trinitatis, & pro actuali vita librum, pro hæreſis ſuæ fauentia, Cui reſpondit Auguſtinus.

410 43. Innocentius vrbis Romę Epiſcopus, ſcripſit decretum Occidentalium & Orientalium Eccleſiarum, aduerſus Pelagianos, quod poſtea ſucceſſor eius Papa Zozimus latius promulgauit.

450 44. Cæleſtinus ſcripſit ad parētes ſuos de monaſterio epiſtolas, in modum libel-

libellorum tres morales.

45 Iulianus Episcopus Campanus, 420
vir acris ingenij, in diuinis scripturis doctus, Græca & Latina lingua, scholasticus in heresim Pelagij lapsus, scripsit aduersus Augustinū libros quatuor & iterum libros septem. Est & liber altercationis amborum partes suas defendentium.

46. Lucianus presbyter vir sanctus, 410
scripsit reuelationem sancti Stephani *m. s exem
Græco sermone. Hanc Auitus presby- plaria hic
ter Hispanus genere in Latinum tran- apud Gēna
stulit sermonem.* diū habent
insertū Aui
48. Paulinus Nolæ Campaniæ Epis- tum ca. 47.
copus, composuit breuia, sed multa, & 420
ad Celsum quendam Epitaphij vice consolatorium libellum super morte Christiani & baptizati infantis. Et ad Seuerum plures epistolas, & ad Theodosium Imperatorem Panagericum super victoria Tyrannorum. Fecit & Sacramentoricum & Hymnarium. Ad sororem quoque epistolas multas de contemptu mundi, & de diuersis causis diuersos tractatus: & librum de pœnitentia, & vnum de laude Mar-

 tyrum

tyrum. Sub Honorio claruit.

430 49. Eutropius presbyter ſcripſit ad duas ſorores ancillas Chriſti duas epiſtolas, in modum librorum conſolatorias, eleganti & aperto ſermone.

440 50. Euagrius alter, ſcripſit altercationē Symonis Iudæi, & Theophili Chriſtiani, quæ penè omnibus nota eſt.

420 51. Vigilius Diaconus, compoſuit ex traditione Patrum Monachorū regulam breuiato & aperto ſermone, totius Monaſticę profeſſionis in ſe tenētem diſciplinam.

420 52. Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcop⁹, ſcripſit ad Reginas Archadij Imperatoris filias de fide, & virginitate librum valdè egregium.

410 53. Neſtor hæreſiarches Antiochenę eccleſiæ presbyter, inſignis in dicendo declamator, compoſuit infinitos tractatus diuerſarum ὑποθέσεων. Poſtea Cōſtantinopolitanæ eccleſiæ Epiſcopus, ſcripſit librum de incarnatione Domini hæreſi plenum.

420 54. Celeſtinus vrbis Romæ Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Neſtorium volumen. Syxtus ſucceſſor Celeſtini, ſcri-

pſit

psit etiam aduersus Nestorium.

55.Theodorus Anchiranus Galaciæ Episcopus, scripsit aduersus Nestorium librum Dialectica arte compositum. 430

56.Fastidius Britannorum Episcopus, scripsit ad Fatalem quendam de vita Christiana librum vnum, & aliũ de viduitate seruanda, sana & Deo digna doctrina. 420

57.Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, edidit variarum ὑποθέσεων tractatus. Homelias etiã composuit plurimas, & libros de Synagogæ defectu. de fide aduersũm hæreticos, & librum specialiter aduersus Nestorium. 430

58.Timotheus Episcopus composuit librum de Natiuitate Domini, secundum Lepori carnem, quam credidit in Epiphania factam. 440

59. Leporius adhuc Monachus, postea presbyter, secutus dogma Pelagianum, sed per Augustinum correctus, scripsit librum emendationis suæ. 430

60. Victorinus Rhetor Massiliensis, edidit 430

edidit libros in Geneſim.

430 61.Caſſianus natione Afer,Conſtantinopoli à Ioanne Magno Epiſcopo Diaconus ordinatus, apud Maſſiliam presbyter, condidit duo monaſteria, id eſt,virorum & mulierum, quæ vſq; hodiè extant.ſcripſit experientia magiſtrante librato ſermone,& (vt apertius dicam)ſenſu verba inueniens, & actione linguam mouens, res omniũ monachorum neceſſarias profeſſioni, id eſt,de habitu Monachi, & de Canonico orationum modo atque Pſalmorum, qui in monaſterijs Aegypti, die noctuque tenentur,libros tres,Inſtructionum librum vnum, de origine & qualitate ac remedijs principalium vitiorum libros octo. Singulos quidem de ſingulis vitijs expediens.Digeſſit etiam collectiones cum Patribus Aegypti habitas,hoceſt,de deſtinatione Monachi ac fine.De diſcretione,de tribus ad ſeruiendum Deo vocationibus,de pugna carnis aduerſus Spiritũ, & Spiritus aduerſus carnẽ, de natura omnium vitiorum,de nece Sanctorũ, de mobilitate animæ, de octo principalibus

palibus vitijs. De qualitate orationis, de perfectis, de castitate, de protectione Dei, de scientia spiritali, de diuinis charismatibus, de amicitia, de diffiniendo vel non diffiniendo, de tribus antiquis generibus Monachorū, & quarto nuper exorto. De fide Cœnobitę & Heremitæ, de satisfactione pœnitentiæ, de remissione quinquagesimæ, de nocturnis illusionibus, de eo quod dicit Apostolus: Non enim quod volo, facio bonum, de mortificatione: ad extremum rogatus à Leone Archidiacono, postea vrbis Romæ Episcopo, scripsit aduersus Nestorium, de incarnatione Domini libros septem, Et in his scribendi apud Massiliam, & viuendi finem fecit sub Theodosio.

62. Philippus presbyter auditor Hieronymi, edidit librum in Iob, & plures epistolas. 430

63. Eucherius Lugdunensis ecclesiæ presbyter, disseruit Soloni & Vranio Episcopis obscura quæque sanctarum capitula scripturarū. Sed & scripta Cassiani longo sermone distenta, breuiter coarctauit. Sub Valentiano floruit. 440

Vincen-

430 64. Vincentius natione Gallus, apud monaſteriũ Lirinenſis inſulæ preſbyter, vir in ſcripturis ſanctis doctus, ſcripſit validiſſimam diſputationem, quam abſconſo nomine ſuo, attitulauit peregrini, aduerſum hæreticos: ſub Theodoſio claruit.

440 65. Siagrius ſcripſit de fide aduerſum hæreticos.

440 66. Iſaac presbyter Antiochenæ ecclesiæ ſcripſit multa aduerſum Neſtorianos & Circianos. Ruinam etiã Antiochiæ longo carmine planxit, eo auditores imbuẽs ſono, quo Effrem Diaconus Nicomediæ lapſum. ſub Leone moritur.

pro Circianos Gennadius rectius habet Eutychianos.

480 67. Saluianus Maſſilienſis eccleſiæ presbyter, humana & diuina literatura inſtructus: & (vt abſque inuidia loquar) epiſcoporum magiſter, ſcripſit ſcholaſtico & aperto ſermone multa; id eſt, de virginitatis bono ad Marcellum presbyterum libros tres, aduerſus auaritiã libros quatuor, de præſenti iudicio libros quinq;, ad Solonum Epiſcopum librum vnum, in Geneſim Hexaëmeron vnum, Homelias Epiſco

pis

pis multas, & ſacramentorum plures.

68.Paulinus compoſuit tractatus de initio quadrageſimæ, de die Dominico Paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophitis. 480

69.Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, in ſanctis ſcripturis doctus, abſq; perſonarum acceptione omnibus caſtigatum opus prædicationis ingeſſit. Sub Valentiniano floruit. 440

70.Leo vrbis Romæ Epiſcopus, ſcripſit ad Flauianum Conſtantinopolis eccleſiæ Epiſcopum, aduerſus Euticen presbyterum epiſtolam. Sub Leone claruit. 460

71.Mochimus Meſopotamius preſbyter apud Antiochiam ſcripſit aduerſum Euticen egregium libellum. 480

72.Timotheus Alexandriæ Epiſcopus, ſcripſit ad Leonem Imperatorem librum valdè ſuaſorium. 480

73.Aſclepius Afer in Vagienſi territorio Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Arrianos. 480

74.Petrus Ediſſenæ eccleſiæ presbyter, declamator inſignis, ſcripſit variarum cauſarum tractatus: & in mor-. 440

tem

tem ſancti Effrē Diaconi Pſalmos Metro compoſuit.

440 75. Petrus natione Pannonius presbyter, ſcripſit duos libros de virginitate & contemptu mundi.

480 76. Paſtor Epiſcopus compoſuit libellum in modum ſymboli paruum.

450 77. Victor Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit aduerſum Arrianos librum vnum, de pœnitentia vnum, Ad Baſilium quendam, ſuper morte filij Cōſolatorium librum. Homelias etiam multas compoſuit.

465 78. Buconius Caſtellani Mauritanię oppidi Epiſcopus, ſcripſit aduerſum Eccleſiæ inimicos, Iudæos & Arrianos & alios hæreticos. Compoſuit etiam Sacramentorum egregium volumen.

480 79. Muſæus Maſſiliēſis Eccleſiæ preſbyter, in diuinis ſcripturis doctus, excerpſit de ſanctis ſcripturis lectiones totius anni, feſtiuis diebus aptas, Reſponſoria & Pſalmorum capitula temporibus & lectionibus cōgruentia, & ſacramentorum egregium volumen, & Homelias quaſdam.

Vin-

80. Vincentius presbyter natione 460
Gallus, in diuinis scripturis exercitat⁹, fecit commentarium in Psalmos.

81. Cyrus genere Alexandrinus, arte 460
Medicus, ex Philosopho Monachus, vir dicēdi peritus, scripsit aduersus Nestorium eleganter & fortiter.

82. Samuel Edissenæ Ecclesiæ presby- 480
ter, multa aduersus Ecclesiæ inimicos hæreticos composuit.

83. Claudianus Viennensis Ecclesiæ 480
presbyter, vir ad loquendum artifex, & ad disputādum subtilis, composuit tres, quasi de statu, vel de substantia animæ libros.

84. Prosper Episcop⁹ Aquitanicæ re- 460
gionis, sermone scholasticus, & assertionibus neruosus, multa composuit. Chronica à cōditione primi hominis, vsque ad captam vrbem Romam à Genserico Vuandalorum Rege. Fecit & librum aduersum opuscula Cassiani, quæ Ecclesia Dei probat salutaria, ille infamat nociua. Et reuera Cassiani & Prosperi de gratia Dei, de libero arbitrio, sententiæ sibi contrariæ inueniuntur. Epistolæ quoq; Leonis Papæ,

de incarnatione Chriſti aduerſus Euticen ab ipſo dictatæ ſunt.

490 85. Fauſtus ex Abbate Lirinenſis monaſterij, apud Regium Galliæ Epiſcop' factus, vir in diuinis ſcripturis ſatis intentus, compoſuit librum de Spiritu ſancto, & egregiũ opus de gratia Dej, qua ſaluamur: & alia.

490 86. Cæſarius Arelatenſis vrbis Epiſcopus, vir ſanctitate & virtutibus celebris, ſcripſit egregia & grata, & monachis valde neceſſaria opuſcula: de gratia quoque & Libero arbitrio: Floruit ſub Anaſtaſio.

480 87. Seruus Dei Epiſcopus, ſcripſit aduerſus eos, qui dicunt Chriſtum in hac vita degentem, non vidiſſe carneis ſuis oculis patrem, ſed poſt reſurrectionem ex mortuis, & aſcenſionem in cęlos, cum tranſlatus eſt in gloriam patris, hoc dantis ei in remunerationem martyrij, oſtendens ex ſcripturis Dominum Ieſum ſemper carneis oculis, & patrem & ſpiritum Sanctũ vidiſſe.

460 88. Victorinus natiõe Aquitanicus, calculator ſtudioſiſſimus, cõpoſuit Paſchalem curſum, poſt quatuor priores

Com-

Compotiſtas, id eſt, Hippolytum, Euſebium, Theophilum & Proſperum. 460

89. Theodoretus Cyri ciuitatis Epiſcopus, à Cyro rege Perſarum conditæ, ſcripſit de incarnatiõe Domini, aduerſum Euticen presbyterum, & Dioſcorum Alexandriæ Epiſcopum, qui humanam carnem in Chriſto fuiſſe negant. Scripſit & decem libros Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Sub Leone floruit.

90. Gennadius Conſtantinopolita 460
nus Epiſcopus, vir lingua nitid⁹, & ingenio acer, Danielem ex integro commentatus eſt, Homelias & multas ſcripſit.

91. Theodorus presbyter in Cæleſy- 480
ria compoſuit librum aduerſum hęreticos de conſonantia Veteris & noui Teſtamenti. claruit ſub Zenone.

92. Sidonius Auernorum Epiſcopus 480
ſcripſit varia & grata opuſcula ad diuerſos diuerſo metro vel proſa, & epiſtolarum inſigne volumen. Sub Zenone claruit.

93. Ioannes Antiochenæ Parochiæ 480
ex Grammatico presbyter, ſcripſit

Anno Domini. Maria librum erroris plenum. Cui Hieronymus respondit libello doctrina pleno.

390 33. Theophilus Alexandrinæ ciuitatis Episcopus, scripsit aduersus Origenem grande volumen, & aliud aduersus Anthropomorphitas hæreticos, qui Deum humana figura & mēbris constare credunt, & Paschalem Cyclū, & tres libros edidit.

390 34. Eusebius scripsit de Crucis Domini mysterio, & Apostolorum constantia.

400 35. Vigilantius presbyter, natione Gallus, Hispaniæ Barcilonensis Parrochiæ Ecclesiam tenens, scripsit quædam hæresi plena, cui Hieronymus respondit.

420 36. Simplicianus Episcopus Mediolanensis, multis epistolis hortatus est Augustinum, ad hunc presbyterum agitare ingenium, vt nouus quidā Ambrosius Origenis compulsor operis videretur.

430 37. Vigilius Episcop⁹, scripsit ad Simplicianum in laude Martyrum libros quinque.

Augusti-

38. Augustinus Afer Hipponēsis op 430
pidi Episcopus, vir eruditione diuina & humana orbi clarus, fide integer, & vita purus, scripsit tanta, quanta nec inueniri possunt: Quindecim libros, De Trinitate: vigintiduos de ciuitate Dei: & alia innumerabilia.

39. Orosius presbyter Hispanus ge 420
nere, vir eloquens & historiarum cognitor, scripsit septem libros, in quibus descripsit historiam ab origine mundi vsque ad sua tempora. Hunc misit Augustinus ad Hieronymum pro discenda ratione animæ. Sub Honorio claruit.

40. Maximus Taurinensis Ecclesiæ 420.
Episcopus, vir in diuinis scripturis satis intentus, composuit in laudem Apostolorum tractatus, & in Ioannis Baptistæ, & generalem omnium martyrum Homeliam. Sed & de capitulis Euangeliorum, & Actuum Apostolorum multa sapienter exposuit. Fecit & duos de Conuersatione sancti Eusebij Vercellensis Episcopi & Confessoris, tractatus,

De ſancto Stephano. De baptiſmi gratia librum edidit. De auaritia. De hoſpitalitate. De defectu lunę. De eleemoſynis. De paſſione Domini. De ieiunio ſeruorum Dei generali. De ieiunio ſpeciali quadrageſimæ. De Calendis Ianuarijs. Homelias de Natiuitate Domini. De Epiphania. De Paſcha. De Pētecoſte multas. Et alia plurima. Sub Theodorico claruit.

385 41. Petronius Bononienſis eccleſiæ Epiſcop⁹, vir ſanctæ vitæ, & Monachorum, ſtudijs ab adoleſcentia exercitatus, ſcripſit vitas Patrum Aegypti monachorum: floruit ſub Theodorico.

390 42. Pelagi⁹ hæreſiarches ſcripſit tres libros de fide Trinitatis, & pro actuali vita librum, pro hæreſis ſuæ fauentia, Cui reſpondit Auguſtinus.

410 43. Innocentius vrbis Romę Epiſcopus, ſcripſit decretum Occidentalium & Orientalium Eccleſiarum, aduerſus Pelagianos, quod poſtea ſucceſſor eius Papa Zozimus latius promulgauit.

450 44. Cæleſtinus ſcripſit ad parētes ſuos de monaſterio epiſtolas, in modum libel-

libellorum tres morales.

45 Iulianus Epiſcopus Campanus, 420 vir acris ingenij,in diuinis ſcripturis doctus,Græca & Latina lingua, ſcholaſticus in hęreſim Pelagij lapſus,ſcripſit aduerſus Auguſtinũ libros quatuor & iterum libros ſeptem.Eſt & liber altercationis amborum partes ſuas defendentium.

46.Lucianus presbyter vir ſanctus, 410
ſcripſit reuelationem ſancti Stephani *m.ſ exem
Græco ſermone.Hanc Auitus presby- plaria hic
ter Hiſpanus genere in Latinum tran- apud Gēna
ſtulit ſermonem.* diũ habent
inſertũ Auĩ
48.Paulinus Nolæ Campaniæ Epiſ- tum ca.47.
copus,compoſuit breuia,ſed multa,& 420
ad Celſum quendam Epitaphij vice conſolatorium libellum ſuper morte Chriſtiani & baptizati infantis. Et ad Seuerum plures epiſtolas, & ad Theodoſium Imperatorem Panagericum ſuper victoria Tyrannorum. Fecit & Sacramentoricum & Hymnarium.Ad ſororem quoque epiſtolas multas de contemptu mundi, & de diuerſis cauſis diuerſos tractatus: & librum de pœnitentia,& vnum de laude Mar-

tyrum. Sub Honorio claruit.

430 49. Eutropius presbyter ſcripſit ad duas ſorores ancillas Chriſti duas epiſtolas, in modum librorum conſolatorias, eleganti & aperto ſermone.

440 50. Euagrius alter, ſcripſit altercationē Symonis Iudæi, & Theophili Chriſtiani, quæ penè omnibus nota eſt.

420 51. Vigilius Diaconus, compoſuit ex traditione Patrum Monachorū regulam breuiato & aperto ſermone, totius Monaſticę profeſſionis in ſe tenētem diſciplinam.

420 52. Atticus Conſtantinopolitanus Epiſcop⁹, ſcripſit ad Reginas Archadij Imperatoris filias de fide, & virginitate librum valdè egregium.

410 53. Neſtor hæreſiarches Antiochenę eccleſiæ presbyter, inſignis in dicendo declamator, compoſuit infinitos tractatus diuerſarum ὑποθέσεων. Poſtea Cōſtantinopolitanæ eccleſiæ Epiſcopus, ſcripſit librum de incarnatione Domini hæreſi plenum.

420 54. Celeſtinus vrbis Romæ Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Neſtorium volumen. Syxtus ſucceſſor Celeſtini, ſcripſit

psit etiam aduersus Nestorium.

55. Theodorus Anchiranus Galaciæ Episcopus, scripsit aduersus Nestorium librum Dialectica arte compositum. 430

56. Fastidius Britannorum Episcopus, scripsit ad Fatalem quendam de vita Christiana librum vnum, & aliũ de viduitate seruanda, sana & Deo digna doctrina. 420

57. Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ Episcopus, edidit variarum ὑποθέσεων tractatus. Homelias etiã composuit plurimas, & libros de Synagogæ defectu. de fide aduersũm hæreticos, & librum specialiter aduersus Nestorium. 430

58. Timotheus Episcopus composuit librum de Natiuitate Domini, secundum Lepori carnem, quam credidit in Epiphania factam. 440

59. Leporius adhuc Monachus, postea presbyter, secutus dogma Pelagianum, sed per Augustinum correctus, scripsit librum emendationis suæ. 430

60. Victorinus Rhetor Massiliensis, edidit 430

edidit libros in Genesim.
430 61. Cassianus natione Afer, Constantinopoli à Ioanne Magno Episcopo Diaconus ordinatus, apud Massiliam presbyter, condidit duo monasteria, id est, virorum & mulierum, quæ vsq; hodiè extant. scripsit experientia magistrante librato sermone, & (vt apertius dicam) sensu verba inueniens, & actione linguam mouens, res omniũ monachorum necessarias professioni, id est, de habitu Monachi, & de Canonico orationum modo atque Psalmorum, qui in monasterijs Aegypti, die noctuque tenentur, libros tres, Instructionum librum vnum, de origine & qualitate ac remedijs principalium vitiorum libros octo. Singulos quidem de singulis vitijs expediens. Digessit etiam collectiones cum Patribus Aegypti habitas, hoc est, de destinatione Monachi ac fine. De discretione, de tribus ad seruiendum Deo vocationibus, de pugna carnis aduersus Spiritũ, & Spiritus aduersus carnẽ, de natura omnium vitiorum, de nece Sanctorũ, de mobilitate animæ, de octo principalibus

palibus vitijs. De qualitate orationis, de perfectis, de castitate, de protectione Dei, de scientia spiritali, de diuinis charismatibus, de amicitia, de diffiniendo vel non diffiniendo, de tribus antiquis generibus Monachorū, & quarto nuper exorto. De fide Cœnobitę & Heremitæ, de satisfactione pœnitentiæ, de remissione quinquagesimæ, de nocturnis illusionibus, de eo quod dicit Apostolus: Non enim quod volo, facio bonum, de mortificatione: ad extremum rogatus à Leone Archidiacono, postea vrbis Romæ Episcopo, scripsit aduersus Nestorium, de incarnatione Domini libros septem, Et in his scribendi apud Massiliam, & viuendi finem fecit sub Theodosio.

62. Philippus presbyter auditor Hie- 430
ronymi, edidit librum in Iob, & plures epistolas.

63. Eucherius Lugdunensis ecclesiæ 440
presbyter, disseruit Soloni & Vranio Episcopis obscura quæque sanctarum capitula scripturarū. Sed & scripta Cassiani longo sermone distenta, breuiter coarctauit. Sub Valentiano floruit.

Vincen-

430 64. Vincentius natione Gallus, a-
pud monaſteriũ Lirinenſis inſulæ pre-
ſbyter, vir in ſcripturis ſanctis doctus,
ſcripſit validiſſimam diſputationem,
quam abſconſo nomine ſuo, attitula-
uit peregrini, aduerſum hæreticos: ſub
Theodoſio claruit.

440 65. Siagrius ſcripſit de fide aduerſum
hæreticos.

440 66. Iſaac presbyter Antiochenæ ec-
cleſiæ ſcripſit multa aduerſum Neſto-
rianos & Circianos. Ruinam etiã An-
tiochiæ longo carmine planxit, eo au-
ditores imbuẽs ſono, quo Effrem Dia-
conus Nicomediæ lapſum. ſub Leone
moritur.

pro Circianos Gennadius rectius habet Eutychianos.

480 67. Saluianus Maſſilienſis eccleſiæ
presbyter, humana & diuina literatu-
ra inſtructus: & (vt abſque inuidia lo-
quar) epiſcoporum magiſter, ſcripſit
ſcholaſtico & aperto ſermone multa;
id eſt, de virginitatis bono ad Marcel-
lum presbyterum libros tres, aduer-
ſus auaritiã libros quatuor, de præſen-
ti iudicio libros quinq;, ad Solonum
Epiſcopum librum vnum, in Geneſim
Hexaëmeron vnum, Homelias Epiſco-

pis

pis multas, & ſacramentorum plures.

68.Paulinus compoſuit tractatus de initio quadrageſimæ, de die Dominico Paſchæ, de obedientia, de pœnitentia, de Neophitis. 480

69.Hilarius Arelatenſis Epiſcopus, in ſanctis ſcripturis doctus, abſq; perſonarum acceptione omnibus caſtigatum opus prædicationis ingeſſit. Sub Valentiniano floruit. 440

70.Leo vrbis Romæ Epiſcopus, ſcripſit ad Flauianum Conſtantinopolis eccleſiæ Epiſcopum, aduerſus Euticen presbyterum epiſtolam. Sub Leone claruit. 460

71.Mochimus Meſopotamius preſbyter apud Antiochiam ſcripſit aduerſum Euticen egregium libellum. 480

72.Timotheus Alexandriæ Epiſcopus, ſcripſit ad Leonem Imperatorem librum valdè ſuaſorium. 480

73.Aſclepius Afer in Vagienſi territorio Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Arrianos. 480

74.Petrus Ediſſenæ eccleſiæ presbyter, declamator inſignis, ſcripſit variarum cauſarum tractatus: & in mor- 440

tem

tem sancti Effrē Diaconi Psalmos Metro composuit.

440 75.Petrus natione Pannonius presbyter, scripsit duos libros de virginitate & contemptu mundi.

480 76.Pastor Episcopus composuit libellum in modum symboli paruum.

450 77.Victor Cartennæ Mauritaniæ ciuitatis Episcopus, scripsit aduersum Arrianos librum vnum, de pœnitentia vnum, Ad Basilium quendam, super morte filij Cōsolatorium librum. Homelias etiam multas composuit.

465 78.Buconius Castellani Mauritanię oppidi Episcopus, scripsit aduersum Ecclesiæ inimicos, Iudæos & Arrianos & alios hæreticos. Composuit etiam Sacramentorum egregium volumen.

480 79.Musæus Massiliēsis Ecclesiæ presbyter, in diuinis scripturis doctus, excerpsit de sanctis scripturis lectiones totius anni, festiuis diebus aptas, Responsoria & Psalmorum capitula temporibus & lectionibus cōgruentia, & sacramentorum egregium volumen, & Homelias quasdam.

80. Vincentius presbyter natione 460
Gallus, in diuinis ſcripturis exercitatꝰ,
fecit commentarium in Pſalmos.

81. Cyrus genere Alexandrinus, arte 460
Medicus, ex Philoſopho Monachus,
vir dicēdi peritus, ſcripſit aduerſus Ne-
ſtorium eleganter & fortiter.

82. Samuel Ediſſenæ Eccleſiæ presby- 480
ter, multa aduerſus Eccleſiæ inimicos
hæreticos compoſuit.

83. Claudianus Vienneñſis Eccleſiæ 480
presbyter, vir ad loquendum artifex,
& ad diſputādum ſubtilis, compoſuit
tres, quaſi de ſtatu, vel de ſubſtantia a-
nimæ libros.

84. Proſper Epiſcopꝰ Aquitanicæ re- 460
gionis, ſermone ſcholaſticus, & aſſer-
tionibus neruoſus, multa compoſuit.
Chronica à cōditione primi hominis,
vſque ad captam vrbem Romam à
Genſerico Vuandalorum Rege. Fecit
& librum aduerſum opuſcula Caſſia-
ni, quæ Eccleſia Dei probat ſalutaria,
ille infamat nociua. Et reuera Caſſiani
& Proſperi de gratia Dei, de libero ar-
bitrio, ſententiæ ſibi contrariæ inue-
niuntur. Epiſtolæ quoq; Leonis Papæ,

Compotiſtas, id eſt, Hippolytum, Euſebium, Theophilum & Proſperum. 460

89. Theodoretus Cyri ciuitatis Epiſcopus, à Cyro rege Perſarum conditæ, ſcripſit de incarnatiõe Domini, aduerſum Euticen presbyterum, & Dioſcorum Alexandriæ Epiſcopum, qui humanam carnem in Chriſto fuiſſe negant. Scripſit & decem libros Eccleſiaſticæ hiſtoriæ. Sub Leone floruit.

90. Gennadius Conſtantinopolita 460
nus Epiſcopus, vir lingua nitid⁹, & ingenio acer, Danielem ex integro commentatus eſt, Homelias & multas ſcripſit.

91. Theodorus presbyter in Cæleſy- 480
ria compoſuit librum aduerſum hęreticos de conſonantia Veteris & noui Teſtamenti. claruit ſub Zenone.

92. Sidonius Auernorum Epiſcopus 480
ſcripſit varia & grata opuſcula ad diuerſos diuerſo metro vel proſa, & epiſtolarum inſigne volumen. Sub Zenone claruit.

93. Ioannes Antiochenæ Parochiæ 480
ex Grammatico presbyter, ſcripſit

quædam aduersus hæreticos, de Dei & hominis persona.

490 94. Gelasius vrbis Romæ Episcop⁹, scripsit aduersus Euticen & Nestorem grande volumen ac præclarum, & tractatus diuersarum scripturarum, & Sacramẽtorum climato sermone, & aduersus Petrum & Acacium epistolas. Fecit & hymnos in similitudinem Ambrosij: sub Anastasio claruit.

490 95. Honoratus Constantinæ, Africæ ciuitatis Episcopus, scripsit ad Archadium quendam, epistolam exhortatoriam.

460 96. Cærealis Episcopus, natione Afer, edidit libellum de Catholica fide.

490 97. Eusebius Carthaginis Africæ ciuitatis Episcopus, & confessor publicus, scripsit expositionẽ fidei & altercationes, quas cum Præsulibus Arrianorum habuit.

m. s. exemplaria hic duos insertos habent Pomeriũ & Honoratũ ca. 98. & 99

490 100. Gennadius Massiliæ presbyter scripsit aduersus omnes hæreses libros octo, aduersus Nestorem libros sex, & aduersus Euticen libros vndecim, aduersus Pelagium libros tres. Tractatus de mille annis in Apocalypsin, & Episto-

Epiſtolam de fide.

1.Oſius Cordubenſis ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit ad ſororem ſuam De laude virginitatis epiſtolam pulchro & ac diſerto comptam eloquio. In Sardicenſi etiam Concilio quàm plurimas ipſe edidit ſententias. Hic in ſenectute à Cõſtantio perterritus, Arrianę impietati conſenſit. Qui cum cõtra Gregorium Eliberritanæ Epiſcopum reſidens faſtu, quaſi regalis imperij, ſententiam conaretur exprimere, os vertit diſtorquẽs pariter & ceruicẽ, ac de ſeſſu in terram eliditur, atque ilico expirauit. 360

Hactenus ex Gennadio. Deinceps nunc vide Iſidorum cap. I.

2.Anicius Hiſpaniarum Epiſcopus cognomento & eloquio clarus, ſcripſit aduerſus Priſcilliani dogma, & maleficiorum eius artes librum. Hic cum Vrſacio Epiſcopo ob necẽ eiuſdẽ Vrſacij, cuius accuſatores extiterãt Eccleſiæ communione priuatus, exilio condemnatur.

3.Siricius Romanæ vrbis Epiſcopus ſcripſit decretalia opuſcula. 390

4. Paulinus presbyter edidit libellũ de benedictionibus Patriarcharum, li- 400

brum triplici intelligentia. Hic ſcripſit vitam Ambroſij petente Auguſtino.

430 5. Proba vxor Adelphi Proconſulis cōpoſuit Centonem de Chriſto, Virgilianis coaptatum verſibus, qui inter Apocriphas ſcripturas computatur.

400 6. Ioannes Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopus, cognomēto Chryſoſtomus, ſcripſit multa & præclara opuſcula, & diuerſos tractatus. Cuius quamplurima eloquentiæ fluenta de Græco in Latinum ſermonem tranſlata ſunt. Hic Theophili Alexandrini Epiſcopi diſcordia oppreſſus, ab Archadio Imperatore innocenter damnatus, atque ab Epiſcopatu eiectus, Ponto in exilium retruſus moritur.

430 7. Sedulius presbyter, edidit tres lib. heroico metro compoſitos, quorum primus ſigna & virtutes veteris Teſtamenti potentiſſimè reſonat. Reliqui verò geſtorum Chriſti Sacramēta, vel miracula intonant.

430 8. Poſſidonius Africæ prouinciæ Epiſcopus ſtylo proſecutus eſt vitam ſancti Auguſtini, in qua plus quam

qua-

quadringentos libros eius enumerat.

9.Primasius Africanus Episcopus cō 430
posuit sermone scholastico de hæresibus in libellos, libros ad Fortunatum Episcopum.

10. Proterius Alexandrinæ ecclesiæ 460
Antistes, scripsit epistolas ad Leonem Romanæ sedis Antistitem, de festiuitate paschali.

11. Pascasinus Siciliensis Episcopus, 450
edidit vnam Paschalem epistolam ad Leonem supradictum Papam.

Ioannes Scotus vel Chrysostom⁹, in 450
scripturis insegniter eruditus, scripsit eleganti stylo librum περιφυσιων, id est, de natura omnium rerum.

Sequentes hi duo caput hic nō sortiuntur, quia apud Isidor. non sunt.

Theodolus natione Italus, scripsit vnam Aeglogam de veteri Testamento, & fabulis Gentilium contextam, 480
in qua veritatem fidei astruxit, perfidiæ falsitatem destruxit.

12.Iulianus cognomento Pomerius 460
natiōe Maur⁹ in Gallia presbyter ordinat⁹, scripsit octo lib. de animæ natura in dialogi morē: quorum primus cō-

Anno Domini. net: Quid ſit anima, vel qualiter creda tur ad imaginem Dei facta. In ſecundo loquitur: Vtrū anima corporea ſit, an incorporea. In tertio diſſeruit, Vnde primo homini ſit anima facta. In quarto: Vtrum noua anima ſine peccato fiat, ac peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto deſcribit, Quæ ſit facultas animę. In ſexto loquitur, Vnde ſit ea diſcordia, qua carni Spiritꝰ, vel caro Spiritui aduerſatur. In ſeptimo autem deſcribit: de differentia vitarum ac mortium, vel reſurrectione carnis & animæ, ſiue de morte carnis, ac de eius reſurrectione. In octauo loquitur de his quæ in fine mundi futura ſunt: vel de quęſtionibus, quæ ſolent de reſurrectione proponi, ſiue de finibus bonorum atque malorum. Condidit etiam vnum libellum de virginibus inſtituendis, alios quoq; tres Prognoſticos de futurę vitę contemplatione, vel actuali conuerſatione: necnon etiam de vitijs atq; virtutibus.

508 13. Egippius Abbas compoſuit vitam ſancti Seuerini monachi, & regulam monachis. Ful-

14.Fulgentius Afer ecclesiæ Ruspen 500
sis Episcopus, in cōfessione fidei clar⁹,
in scripturis copiosissimè eruditus, lo
quendo quoque dulcis, in docendo ac
differendo subtilis, scripsit multa, ex
quibus hæc sunt: De gratia Dei & Libe
ro arbitrio, Libri responsionum sep-
ptem contra hæreticos, & vnus liber
de sancta Trinitate, & liber Regulæ ve
ræ fidei, & alius de Sacramento incar-
nationis Christi, & duo libri de verita
te prædestinationis, liber de quæstioni
bus, liber altercationis, plurimi tra-
ctatus & sermones. Sub Anastasio cla-
ruit.

15.Eucherius Episcopus, elegans sen 440
tentijs, ornatus in verbis, edidit vnum
opusculum de laude heremi, dulci ser-
mone dictatum.

16. Hilarius Arelatensis Episcopus, 440
scripsit vitam prædecessoris sui Hono-
rij Episcopi, suaui ac pręclaro eloquio.

17.Aprigius Pacensis Ecclesię Hispa 530
niarum Episcopus, disertus lingua, &
scientia eruditus, exposuit Apocalyp-
sim Ioannis Apostoli subtili sensu, at-
que illustri sermone, melius planè,

quàm veteris Ecclesiastici viri exposue runt. Scripsit & nonnulla alia.

528 18. Iustinianus Imperator quosdã libros de incarnatione Domini edidit, quos etiã per diuersas prouincias misit. Condidit & rescriptum contra Illyricianam Synodum.

575 Cassiodorus ex senatoribus Rauennæ præfectus, arte Philosophus, professione Monachus, transtulit de Græco Tripartitam historiam, exposuit magnificè Psalterium, & multa alia scripsit.

524 Boëtius Patricius vel Consul, scripsit librum de sancta Trinitate, & aliũ de consolatione, & Quadriuium de Græco trãstulit, id est, Arithmeticam, Musicam, Geometriam, Astronomiã, Dialecticam verò explanauit, à Theoderico Gothorum Rege Mediolani interficitur.

530 19. Secundus Ermianensis ecclesię Episcopus, duodecim libros de professione Catholicæ ecclesiæ edidit.

540 20. Iustinianus Valentiæ ecclesiæ Episcopus, ex quatuor fratribus & Episco-

ſcopis, eadem matre progenitus, vnus ſcripſit librum Reſponſionum ad quẽdam ruſticum, de interrogatis quęſtionibus: quarum prima reſponſio eſt de ſpiritu ſancto. Secunda: contra Bonoſianos, qui Chriſtum adoptiuum & non proprium dicunt. Tertia: de baptiſmo Chriſti, quod iterare non licet. Quarta: de diſtinctione baptiſmi Ioannis & Chriſti. Quinta: quod filius ſicut pater inuiſibilis ſit:

21. Iuſtus Orgellitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, & frater prædicti Iuſtiniani, edidit libellum expoſitionis, in Cantica canticorum. Huius quoque fratres Nebridius & Elpidius quædam ſcripſerunt. 540

22. Martinus Dumienſis monaſterij ſanctiſſimus Pontifex, ex Orientis partibus nauigans, Galliam venit, ibique cõuerſis ab Arriana impietate ad fidem Catholicam Suæuorum populis, regulã fidei & ſanctæ religionis cõſtituit, eccleſias informauit, monaſteria cõdidit, copioſaq; præcepta pię inſtitutiõis cõpoſuit. Librũ quoq;, de differẽtijs quatuor virtutũ, prudẽtia, fortitudi- 540

Anno Domini. tudine, iuſtitia, & temperantia, ſcripſit & aliud volumē epiſtolarum plenum cultura omnium virtutum.

500 23. Auitus Epiſcopus ſcientia ſancta rum literarum doctus, edidit quinque libellos heroico metro compoſitos, quorum primus eſt de origine mūdi. Secundus: De Originali peccato: Tertius: De ſententia Dei. Quartus: De diluuio mundi. Quintus: De trāſitu maris rubri. Scripſit & ad Fulcinam ſororem de laude virginitatis librum vnū, pulcherrimo carmine compoſitum, & eleganti Epigrammate coaptatum.

540 24. Dracontius compoſuit heroicis verſibus Hexaëmeron creationis mundi.

540 25. Victor Cemmenſis Africæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſcripſit à principio mundi, vſq; ad Iuſtini tempora nobilem hiſtoriam.

600 Benedictus Abbas monaſterij Caſſini, ſcripſit regulam Monachorum per totum mundum promulgatam, qui omnium iuſtorum ſpiritu plenus ſcribitur.

26.Ioannes Constantinopolis Epis- Anno Domini.
copus,natione Capadox,edidit ad Ale-
xandrum Episcopum librum de Sacra- 590
mento baptismatis.
27.Gregorius Romanę vrbe Episco- 600
pus, organum sancti Spiritus,incom-
parabilis omnibus suis prædecessori-
bus,multa præ sole præclara, ac præ o-
brizo auro præciosa, scripsit ad supra-
dictum Ioannem Pastoralem curam,
ad Leandrum Episcopum librum Iob
triginta & quinque voluminibus lar-
go eloquentiæ fonte explicuit,Dialo-
gum de miraculis sanctorum ad Petrũ
Archidiaconum.Quadraginta oracu-
la Euangeliorum, immò totum textũ
quatuor Euangeliorum sermocinan-
do populo exposuisse dicitur:& vigin-
ti Homelias in Ezechielem, & infini-
tas epistolas, quarùm collectio regi-
strum dicitur. Floruit sub Mauri-
cio.
Gregorius EpiscopusTuronẽsis scri- 600
psit librum historiæ.
28.Leander ex Monacho Hispalẽsis 600
ecclesiæ prouinciæ Beticæ Episcopus,
vir suauis eloquio, ingenio præstans,
vita

vita atque doctrina clarus, composuit duos libros aduersum hæreticorum dogma, & vnum ad Florentinam sororem, de institutione virginum. Et vnum Contra Arrianos, & vnum de contemptu mundi, & multas epistolas ad Gregorium Papam, & ad alios coepiscopos, & orationes in toto Psalterio, & in sacrificij laudibus multa dulcisonè composuit. Floruit sub Phoca.

590 29. Lucinianus Chartaginis Spartariæ Episcopus, in scripturis doctus, scripsit epistolam de Sacramentis baptismatis, & alias multas de diuersis causis. Claruit sub Mauricio.

590 30. Seuerus Malacitanæ sedis Antistes, edidit libellum aduersus Vincentium Episcopum Arrianum, & vnum de virginitate, q dicitur Annulus. Sub Mauricio floruit.

590 31 Ioannes Gerundensis ecclesiæ Episcopus, natione Gothus, scripsit regulam Monachis, & omnibus Dei timentibus necessariam.

600 32. Eutropius Valentiæ ecclesię Episcopus, scripsit epistolam de vnctione Chris-

Chriſmatis, & aliam, de diſtinctione Monachorum.

33 Maximus Cæſaraugustæ ciuitatis Epiſcopus, multa cõpoſuit verſu proſaque, & quandam hiſtoriam Gothorum. 600

Hyſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus innumera ſcripſit opuſcula, ex quibus hæc ſunt: Libros Etimologiarum vigintiduos, librum gloſarum, librum ſententiarum, Synonima, librum de differentia, totum vetus Teſtamentum dupliciter expoſuit, hiſtoricè & allegoricè, & multa alia. Floruit ſub Heraclio. 630

Hactenus ex Iſidoro, deinceps q̃ ſequuntur, ex diuerſis ſunt.

Beda Monachus & presbyter Anglicæ prouinciæ, ſcripſit infinita, ex quibus ſunt hæc: In Geneſim libros quatuor. De tabernaculo & vaſis eius, ac veſtibus ſacerdotum libros quatuor. De ædificatione templi libros duos, In librum Regum, librum vnum, quęſtionũ triginta, in prouerbia Salomonis libros tres, in Cantica canticorum libros ſeptem, in Eſaiam & Danielem & duodecim prophetas, & in partem 730

Hie-

Hieremiæ, in Esdram & Neemiam libros tres, in librum Tobiæ libros duos, in cāticum Abacuc librum vnum, item in libros Regum & Paralippomenon, in Iob, in Pentateucum Moysi, & Iosuæ, & in parabolas, in Ecclesiasten, in Cantica canticorum, in Esaiam, in Esdram capitula multa, in Euāgelium Marci libros quatuor, in Lucam sex, in Homelias Euangelij libros duos, in Apostolum multa capitula, in Actus Apostolorum libros duos, in epistolas Canonicas libros septem, in Apocalypsin tres, in capitula de toto Nouo Testamento, epistolarum librum ad diuersos, de sex ętatibus vnum, de mā sionibus filiorum Israhel libros nouē, de Esaia vnum, de ratione bisextili, de æquinoctio nouem, de historijs sanctorum, librum vitę & passionis sancti Felicis Cōfessoris de Metro in prosam transtulit, vitam & passionem sancti Anastasij de Gręco in Latinum correxit, Vitam sancti Cutberti monachi & Episcopi, Metro & prosa composuit, historiam Anglorum quinque libris edidit, Martyrologium de natalicijs san-

ſanctorum librum, hymnorum diuerſo Metro ſiue Rithmo, librum epigrãmatum Elegiaco metro, de natura rerum, & de tẽporibus ſingulos libros, item alium de temporibus maiorem, librum de Orthographia Alphabeti, librum de Metrica arte, de ſchematibus & Tropis, hoc eſt, de figuris & modis locutionum ſacræ ſcripturæ. Sub Leone floruit. Romę moritur, & ſepelitur.

Alcuinus, natione Anglus, Eboraicæ ciuitatis Diaconus, officio Scholaſticus, dignitate Abbas, magiſter Caroli Imperatoris, ſcripſit breuiter omnes liberales artes ad prædictum Imperatorem, & multa alia præclara. 770

Amelarius Metenſis Epiſcopus, ſub Ludeuico ſcripſit libros quatuor de diuinis Sacramentis. 780

Rabanus ex monaſterij Fuldenſis Abbate, Moguntienſis Epiſcopus, ſcripſit mirabilem librũ de myſterio ſanctæ crucis, & totum Vetus & Nouum teſtamentum expoſuit. Sub Ludeuico claruit. 850

600 Paterius quidam redegit in librum testimonia scripturarum, quæ beatus Gregorius introducendo exposuit.

920 Smaragdus Abbas monasterij sancti Michaëlis, lectiones & Euangelia in diuinis officijs legenda per circulum anni exposuit, & librũ monasticæ professionis congruum composuit, quem Diadema monachorum vocauit, & Grammaticam, maiorem Donatum exponendo explicuit.

834 Haymo quidam Homelias in Euangelia solemnia fecit. Hic & librum de voluptate mundi composuit.

830 Henricus quidam Homelias in Euãgelia fecit.

890 Notgerus Abbas monasterij sancti Galli sequẽtiarum & tropicos versus, & multa alia. Sub Ottone floruit.

880 Pascasius librum de corpore Domini composuit.

1030 Petrus cognomẽto Damiani ex monacho & Hæremita Episcopus, scripsit librum contra illos, qui Simoniacos reordinare censuerunt, & multa alia. Sub Henrico Pio floruit.

Herman-

Hermannus Monachus cognomento Contractus, quædam scripsit, & dulcisonum Cantum composuit. Sub eodem Henrico floruit. 1090

Bernoldus Constantiensis Ecclesiæ presbyter, Romanum ordinem sub quarto Henrico composuit. 1060

Lantfrancus Cantuariensis ex Abbate Episcopus scripsit librum de corpore Domini contra Berengarium hæreticum. Sub eodem Henrico floruit. 1060

Anshelmus eiusdem Lantfranci discipulus ex Abbate eiusdem Cantuariensis Ecclesiæ Angliæ prouinciæ Episcopus, multa memoranda conscripsit, ex quib. hæc sunt, librũ qui dicitur Cur Deus homo. Monologium librũ, scilicet de sancta Trinitate. Vnum, de incarnatione verbi, vnum de processione sancti Spiritus; vnum de lapsu diaboli: vnum, De libero arbitrio; de gratia Dei, de prędestinatione, & multa alia Deo digna. 1080

Rupertus Tuitiensis monasterij Abbas spiritu Sancto per visionem il- 1124

 lu-

luminatus, totam penè ſcripturam egregio ſtilo expoſuit. Sub quinto Henrico floruit.

1120 Honorius Auguſtudunenſis Eccleſiæ presbyter, & ſcholaſticus, non ſpernenda opuſcula edidit. Elucidarium in tribus libellis. Primum de Chriſto. Secundum de Eccleſia. Tertium de futura vita diſtinxit. Libellum de ſancta Maria, qui ſigillum ſanctæ Mariæ intitulatur. Vnum de libero arbitrio, qui ineuitabile dicitur: vnum libellum ſermonum, qui Speculum eccleſiæ nuncupatur, de incōtinentia ſacerdotum, qui offendiculum appellatur, ſummā totius de omnimoda hiſtoria; Gemmam animæ, de diuinis officijs, Sacramentarium de Sacramentis, Neocoſmum de primis ſex diebus, Euchariſtion de corpore Domini, cognitionem vitæ de Deo & æterna vita, imaginem mūdi de diſpoſitione orbis, ſummam gloriam de Apoſtolico & Auguſto, ſcalam cœli, de gradibus viſionum, de anima & de Deo quædam, de Auguſtino excerpta, ſub dialogo exarata, expoſitionem totius Pſalterij cum canticis miro

miro modo, Cantica canticorum, ita vt prius exposita non videantur, Euangelia quæ beatus Gregorius non exposuit, clauem Physicæ de naturis rerum, refectionem mentium, de festis Domini & sanctorum, Pabulum vitæ, de præcipuis festis. Hunc libellum, de luminarib⁹ Ecclesiæ. Sub quinto Heinrico floruit. Quis post hunc scripturus sit, posteritas videbit.

Finis D. Honorij.

LIBER SIGEBERTI MONACHI GEMBLACENSIS DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

Caput Primum.

MArcellus Marci præfecti vrbis Romæ filius ex discipulo Symonis Magi, discipul⁹ beati Petri Apostoli, cõflictum Apostolorum Petri & Pauli, cum Symone Mago, cui assiduus interfuit, rogatu Christiano- Anno Domini. 50. Trith.

 rum

rum, qui non interfuerant, fideliter conſcripſit, & Eccleſijs Dei prope vel procul poſitis, legendum conceſſit. Ad ſanctos Nereum & Achilleum pro Chriſto in Pontiana inſula relegatos, ſcripſit de mirificis actibus beati Petri & Pauli, & de magicis artibus Symonis Magi. Scripſit de obitu ſanctæ Petronillæ virginis, filię Beati Petri Apoſtoli. Scripſit de paſſione ſanctæ Feliculæ virginis & Martyris. Scripſit de paſſione ſancti Nicomedis presbyteri Martyris.

ANNOTATIONES.

Beati Petri & Pauli: ita cod. Martinienſis, in Gemblacenſi & Afflig. erat, Beati Petri Apoſtoli, de Paulo nulla erat mentio.

Caput ſecundum.

Anno Domini 60. IOannes qui & Marcus, ex miniſtro ſacerdotis Iouis, miniſter Pauli Apoſtoli, ſcripſit paſſionem Barnabæ Apoſtoli.

Caput tertium.

An. D. 670. POlycrates paſſionem ſancti Timothæi Apoſtoli, ſcripſit & alia multa.

Caput

Caput quartum.

DIonysius Athenis natus & erudi- An. D. 90
tus, & à pago Atheniensi, qui di- Euth.
citur Arios pagos, Areopagita deno-
minatus, & à Paulo Apostolo ad fidē
Christi conuersus, multam multa scri-
bēdo acquisiuit sibi memoriam. Quē
prætermissum esse ab Hieronymo &
Gēnadio in Catalogo illustrium viro-
rum, nimis est mirandū, præsertim cū
Hieronymus, quãuis tacito eius nomi
ne faciat mentionem operis eius: Gre-
gorius verò in omelia euangelij faciat
mentionē operis eius & nominis. Scri
psit autem ad Timotheum Ephesio-
rum Episcopum de Hierarchia cælesti,
id est, de ordinibus angelorum. Ad eū-
dem de Hierarchia Ecclesiastica. Ad e-
undem de diuinis nominibus, & de
symbolica Theologia. Ad eundem
de mystica Theologia. Scripsit ad
Gaium, quomodo Deus quadam ig-
norantia cognoscatur, vel videatur.
Ad Polycarpum, quomodo contradi-
ctores veritatis sint declinandi. Scrip-
psit epistolam ad Apollophanem

conphilosophum & coëuum suum recolens, quod cum ipse cũ eo esset in Heliopoli vrbe Aegypti, viderit obscurato sole mundum obtenebratum fuisse in sexta feria vi. hora diei, cũ Iesus Christus pẽderet in cruce, cũ ipse Dionysius esset tunc annorum triginta. Scripsit ad Theophilum de Ecclesiasticorum ordinum ordine, & sacerdotum excellẽtia. Scripsit ad Johannem Apostolum in Pathmos Insula exiliatum, prędicẽs eum esse reuersurum in Asiam. Scripsit & ad alios alia quamuis breuia, tamen mystica & diuina: volumen eius scriptorum vocatur Hierarchia. Hic martyrizatur sub Domitiano Imperatore in vrbe Galliarum, quam condidit Ysius, de Ysio eamq; denominauit Parisium.

ANNOTATIONES.

Annorum triginta, ita cod. Martin, Gembla. & Affligi habet vigintiquinque, codex Vird. Vall. vtramque lectionem habet adnotatam: Quod autem de prætermisso ab Hieronymo ac Gennadio, Dionysio Areopagita se mirari Sigebertus dicit, causa iusta est: quamquam mihi verisimile videtur esse, quod non ab Hieronymo prætermissus

termissus, sed à librarijs omissus sit: Honorius cum in epitome Hieronymi eum habet, & videtur eum Gennadius propterea omisisse consulto, vt & cæteros, cum videret eum apud Hieronymum extare.

Caput quintum.

Linus primus post Petrũ Papa, scripsit Græco sermone martyrium Petri & Pauli vno die passorum, & Ecclesijs Orientalibus destinauit. Anno Domini 76. Trith.

Caput sextum.

Sedulius Episcopus ad Macedoniũ presbyterum scripsit libros de miraculis veteris & noui testamẽti, quos postea sub Metrica lege redactos, prætitulauit Paschale carmen. Reparauit etiam reparacterico carmine omnia domini opera. Claruit tempore Constantis & Constantiniani filiorum primi Constantini Imperatoris. An. D. 330 Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc ad annum 430. ponit sub Theodosio, hic autem Sigebertus cum multo antiquiorem facit, cum hi Imperatores imperare cœperint.

rint anno 337. & simul imperarint annis 25. quare numeri videntur apud illum esse corrupti.

Caput septimum.

An. D. 550 Trith. AMphilochius Iconij Episcopus, scripsit vitam Basilij Cæsariensis Episcopi.

Caput octauum.

An. D. 380. Trith. GOlphilas Gothorum Episcopus, adinuenit Goticas literas, & quãuis esset Arrianus, vtile tamen opus fecit, quia per illas literas, transtulit diuinas literas in Goticam linguam, fuit tempore Valentis Imperatoris.

Caput nonum.

An. D. 460 Trith. Theodoretus Episcopus vrbis, quę à fundatore suo Persarum Rege Cyrus est vocata. Scripsit de vera incarnatione Domini cõtra Eutychen, qui negabat veram carnem in Christo Iesu: scripsit etiam Ecclesiasticam historiam à fine Ecclesiasticæ historiæ, quã scripsit Eusebius Cæsariensis, & post eum Rufinus presbyter.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc perperam refert ad annũ 390 vide quæ annotata sunt in Gennadium, cap. 89.

Caput

Caput decimum.

SOcrates ſcripſit hiſtoriam à tẽpore primi Conſtantini Imperatoris vſq; ad Imperiũ Theodoſij iunioris. An. D. 430. Trith.

Caput vndecimum.

ZOzomenus eiuſdẽ tẽporis tenorem ſecutus ſcripſit hiſtoriam. An. D. 430. Trith.

Caput duodecimum.

EPiphanius Scolaſticus tres Theoderici & Socratis & Zozomeni hiſtorias in vnam compingens hiſtoriam, adiecit Eccleſiaſticæ Bibliothecæ hiſtoriam tripartitam.

Caput decimumtertium.

MAcer ſcripſit metrico ſtylo librum de viribus herbarum.

Caput decimumquartum.

PAulinus Nolanus Epiſcopus, ſcripſit ad Auguſtinum Epiſcopum vitam Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi. Scripſit etiam verſificè vitam Fęcis Nolani Epiſcopi. Au. D. 420. Trith.

Caput decimumquintum.

EVodius Epiſcopus ſcripſit lib. de miraculis in Africa oſtenſis per religas

Stephani protomartyris nouiter inuẽtas, quas detulit in Africam Orosius Augustini discipulus.

Caput decimumsextum.

Anno Domini 450. Trith. POssidius Calamensis Episcopus, scripsit vitam Augustini Hypponensis Episcopi.

ANNOTATIONES.

Vtrumque m.s. exemplar in Sigeberto & in Isidoro, alterum Possidium appellat, Trithemius Possidonium vocat, vt & Honorius: Gemblacensis etiam cod. m.s. hoc loco Possidium vocat, vt & Afflig.

Caput decimumseptimum.

An. D. 500 Trith. PAschasius Diaconus sanctæ Romanę Ecclesię, libros de sancto spiritu luculento & fideli sermone composuit: hic quia in superordinatione Laurentij cõtra Symmachum Papam pertinacius fauit Laurentio, eius defuncti animam vidit Germanus Capuanus Episcopus, in thermis in igne purgatorio positam.

Caput

Caput decimumoctauum.

YDacius Lemicæ Hispaniarum vrbis Episcopus, chronicam initiatam à primo Theodosij Imperatoris consulatu composuit. An.D.400 Trith.

ANNOTATIONES.

Isidorus cap.2.hunc Itacium appellat, Trithemius Idacium retulit.

Caput decimumnonum.

MArtinus Episcopus Galliciensis, scripsit librũ de virtutibus quatuor ad Mitonem (aliàs Mironem) Regem Galliciæ, quem libellum prætitulauit, honestæ vitæ formulam. An D.540 Trith.

Caput vigesimum.

VIctor Capuanus Episcopus, Euangelium ex quatuor Euangelijs cõpactum eleganter composuit, quod vocatur Diapente, sine nomine auctoris inuenit, quod quia sine numeris canonum confusum esse vidit, dilucidauit illud appositis canonum numeris, per quos Eusebius Cæsariensis distinxit quatuor Euangelia, ita sine cõ An.D 480 Trith.

fusione

fuſione erroris ſimilia omnium oſtendens, & ſingulis ſua propria oſtendens & reſtituens. Scripſit etiam librum de Paſcha, redarguens errorem Victorij, qui iubente Honorio Papa, ſcribens Paſchales Cyclos, docebat eſſe celebrãdum Paſcha xv. Calend. Maij, in anno Domini CCCC. LV. quod rectius erat eo anno celebrandum vij. Calendas Maij.

ANNOTATIONES.

Iubente Honorio Papa, ſic habent tres co. m. ſ. Trithemius pro Honorio Hilarium habet, temporis autem ratio conuincit Trithemij lectionem veram eſſe, & hanc in Sigeberto eſſe deprauatam, ſuffragante præſertim Honorio.

Caput xxi.

EVſtatius tranſtulit de Græco in Latinum Hexaëmeron Baſilij Cæſarienſis.

Caput xxij.

An. D. 500. Trith. AVitus Viennenſis Epiſcopus, ſcripſit Omeliarum librum vnũ, de mundi principio, & alijs diuerſis cõditionibus libros vi. verſu cõpaginatos, Epiſto-

Epiſtolarum libros 9. Claruit tempore Zenonis Imperatoris ſub Rege Burgundionum Gundebaldo.

ANNOTATIONES.

Hic author vocatur pleno nomine Alcinus Auitus.

Caput xxiij.

GOdelbertus presbyter huius ſtudium imitatus per hiſtorias & allegorias diuinæ ſcripturæ ab initio mundi, vſque ad partum Virginis Heroico pede eleganter cucurrit. An. D.500 Trith.

Caput xxiiij.

CYrillus Epiſcopus Alexandrinus Cyclos quinq;, decem nouẽnaliũ Cyclorũ ſcripſit, qui faciunt annos nonagintaquinq;, in quibus primus & vltimus Paſchæ terminus inuenitur, ſed nec tamen in eo tota Paſchæ varietas terminatur.

Caput xxv.

PAſchaſius Diacon⁹, ſcripſit ad Leonẽ Papã cõtra errorẽ quorundã, q anno Do. CCCC. LV. putantes eſſe An. D.440 Trith.

an-

annum communem, cum eſſet embolismus, errabant in celebrando Paſcha.

Caput xxvi.

An. D 460 PRotherius Alexandrinus Epiſcopus, ſcripſit & ipſe ad Leonem Papam, dubitantem de celebrãdo Paſcha illius anni, qui cum eſſet emboliſmalis, putabatur ab aliquibus eſſe communis.

ANNOTATIONES.

Vtrunq́, exemplar m. ſ. tam in Iſidoro quã Sigeberto Procerium hunc appellat, Trithem. appellat Protherium: quod tamen rectius putarim, præſertim cum etiam noſtri codices in contextu ſequentis capitis ſic legant, cod. Afflig. etiam habet Protherium.

Caput xxvij.

An. D 540 Trith. DIonyſius Abbas Romanus, cognomento exiguus, gemina ſcientia græcè & Latinè clarus, tranſtulit de Græco in Latinum Protherij Alexandrini Epiſcopi ſcripta ad Leonem Papam de celebrando Paſcha in Anno Domini CCCCLV. Tranſtulit etiam de Græco in Latinum librum Gregorij

tij Nyssení de conditione hominis, & vitam Pachomij Abbatis: scripsit & ipse post Cyrillum Cyclum, quinque cyclorum, incipiens ab anno nati Iesu Christi, D. XXXII. qui est vltimus annus magni cycli, qui est annorum D.XXXII. semel exacti à natiuitate Christi. Hic notandum est, quia si natiuitas Christi rectè à calculatorib⁹ posita fuisset, debuisset XXXIII. vel XXXIIII. annis primi magni anni cõcordare, in ratione cõputi euangelicæ veritati, & maiorum auctoritati, quæ dicit Christum passum fuisse anno ætatis suæ trigesimo secundo, vel xxxiij. viij. Calend. Aprilis, in vi. feria, & cum resurrexisse vi. Calendas Aprilis in prima feria, quod non ita positum esse in primo magno cyclo, quia nõ attendit Dionysius secundum tenorem annorũ primi magni cycli, apposuit & ipse annos Christi in suo cyclo, quem vt dixi, incepit à repetitione secundi magni cycli, inussit sibi frõtem cauterio alieni erroris & mendacij, dum culpatur, quod xxxiij. vel xxxiiij. sui operis anno, non concordat Euan-

gelicæ veritati in ratione computi: Vnde apparet, quod natiuitas Christi posita est à calculatoribus, XXI. vel viginti duobus annis tardius quam debuit.

Caput xxviij.

An.D.500. Trith. FVlgentius Ruspen. Episcop. in gręca & latina lingua clarus, gemina sciētia scripsit multa, claruit in Homelitico dicendi genere. Scripsit ad Eutimium libros de remissione peccatorum. Respondit vno libro quæstionibus à Ferrando diacono sibi obiectis. Scripsit Libros quos prætitulauit, siue literis: librū scilicet de Adā siue A. de Abel siue B. de Cain, siue C. & cęteros, secundū literarū consequentiā. Quod is est ipse Fulgentius, qui tres libros mythologiarū scripsit ad Catum presbyterum Cartaginis. Hic certè omnis lector expauescere potest acumen ingenij eius, qui totam fabularum seriem secundum Philosophiam exposita rūm transtulerit, vel ad rerum ordinē, vel ad humanę vitę moralitatem. Scripsit ad eundem Catum librum de ob-

ſtruſis ſermonibus. Scripſit & de prædeſtinatione ad Momniū libros tres. Contra obiectiones vndecimi Traſamundi Regis librum vnum, de myſterio mediatoris librū vnum, de immēſitate filij Dei librū vnū, de ſacramēto Dominicæ paſſionis librū vnū. Ad familiares ſuos epiſtolarū librum vnū. Ne videar humana miſcere diuinis, nō commemorabo ſacris libris mirabile huius viri opus, qui totum opus Virgilij ad Phyſicam rationem referens, in lutea quodammodo maſſa auri metallum quæſiuit, & repertum excoxit.

Caput xxix.

FErrandus diaconus ſupra nominatus ſcripſit ad Reginum Comitē librum de ſeptem regulis innocentiæ, & alia nonnulla. An. D.500 Trith.

Caput xxx.

GEnnadius Epiſcopus poſt Hieronymū compoſuit librū Illuſtriū virorū, quos collegit à xiiij. anno imperij Theodoſij Maioris, vſq; ad tēpus An. D.490 Trith.

Zenonis Imperatoris, per annos circiter centum, Libros etiam Euagrij monachi ad vtilitatē monachorū ſimplici ſermone ſcriptos, trāſtulit eadē ſimplicitate de Græco in Latinum. Aliquos etiam eiuſdem libros, quos tranſlatores viciosè transferendo in Latinum corruperant, emendauit, & veritati au ctoris reſtituit.

ANNOTATIONES.

Gennadium hunc omnia exemplaria tam m.ſ. quam excuſa, vocant Epiſcopum, quem conſtat fuiſſe Maſſilienſis eccleſiæ presbyterum, niſi fortè & alicubi, Epiſcopus tandem fuit, vide Præfationem in Gennadium ſupra, & cap. vlt.

Caput xxxi.

An. D. 600 Trith.

BEnedictus Caſſinenſis Pater monachorum, Nurſia Italiæ prouincia ortus, ſpretis literarum ſtudijs eremiticam vitam expetiuit, & prouectus ad ſummum culmē monaſticæ perfectionis, ſecundum quam vixit, ſcripſit regulam monachorum ſermone luculentam, diſcretione præcipuam. Simplicius diſcipulus eius, latēs magiſtri opus publicauit.

Caput

Caput xxxij.

FAustus discipulus sancti Benedicti ab ipso Benedicto missus ad Gallias cum Mauro eius monacho, vitam ipsius Mauri Monachi descripsit. An. D. 610 Trith.

Caput xxxiij.

MArcus poëta familiaris Benedicti Cassinens. vitam eius à Gregorio descriptam, deflorauit heroico breuiloquio, & pauca superaddidit. An. D. 610 Trith.

Caput xxxiiij.

OErentius commonitorium fidelibus scripsit metro heroico, vt mulceat legentem suaui breuiloquio. An. D. 620

Caput xxxv.

IOrdanus Episcopus Gothorum scripsit historiam: in primo eius libro gesta Romanorum, in secundo verò originem & gesta Gothorum, recensens vsque ad finem regni eorum. An. D. 530 Trith.

Caput xxxvi.

An.D.540. IOannes ſub ſua & ſui amici Baſilij perſona ſcripſit dialogum de honore & onere ſacerdotij, & quanta ſit dignitas & poteſtas vel grauitas Sacerdotum.

Caput xxxvij.

Au.D.524. Trith. BOëtius vir Conſularis, conferēdus vel præferendus Philoſophis & ſęcularibus & Eccleſiaſticis, quia nos ambiguos eſſę facit, an inter ſæculares an inter Eccleſiaſticos ſcriptores fuerit illuſtrior, laudent eum ſæculares, quod Iſagogas, quod perihermenias, quod categorias tranſtulerit de Græco in latinum, & expoſuerit, quod topica Cicer. expoſuerit, quod antepræ-dicamenta, quod libros de topicis differentijs, de cognatione dialecticæ & rethoricæ, & diſtinctione rethoricorum locorum, de communi prædicatione poteſtatis & poſſibilitatis, de categoricis & hypotheticis ſyllogiſmis libros, & alia multa ſcripſerit, ꝙ Arithmeticam & Muſicam latinis ſcripſerit:

Nos

Nos Ecclesiastici laudam⁹ eum, quod librum de sancta Trinitate scripserit, quod exiliat⁹ à Theodorico Gothorũ & Italorũ Rege, pro eo, ꝙ tueri volebat libertatẽ Romanæ vrbis, scripsit librũ de consolatione Philosophiæ: hic ab eodẽ Rege Theodorico occisus est.

ANNOTATIONES.

Hic author pleno nomine appellatur Anitius Boetius & Maulius Seuerinus.

Caput xxxviij.

ARator subdiaconus Romanę Ecclesiæ edidit heroico carmine Actus Apostolorum, & Vigilio Papæ Romano obtulit. An. D. 540 Trith.

Caput xxxix.

EVgipius Abbas hortatu Rẽducis Neapolitani Episcopi, deflorãs libros Augustini Episcopi Hipponensis dedit codicẽ magnæ vtilitatis, ad Probam virginem, & per manus eiusdem Renducis Episcopi obtulit Ecclesiæ Neapolitanæ. Fuit tempore secũdi Pelagij, & Imperatoris Tyberij Constantini. An. D. 580. Trith.

ANNOTATIONES.

Eugippius habet hoc loco vtrunque exemplar m.s.quo modo & Honorius excusus legit.in Isidoro vtrunque hoc idem exemplar habet Eugypius, vt & Trithemius, Gemblacensis etiam codex habet Eugippius:sicut & Afflig.

Caput xl.

An. D. 575. Trith. CAssiodorus Consul & Senator, postea Monachus,& Abbas,fecit tractatus super Psalmos, & totum operis corpus per tria membra, per Psalmos scilicet quinquagenos, diuisit,Scripsit duos libros institutionum qualiter diuinæ & humanæ lectiones debeant intelligi,& librum de etymologijs, & alium librum sacerdotis de schematibus collegit. Scripsit librum titulorum, quem de diuina scriptura collectum voluit nuncupari memoriale,vt breuiter percurrant, qui fastidiunt prolixa perlegere. fecit complexiones in epistolis Apostolorum, & in actibus Apostolorum, & in Apocalypsi,quæ sunt breuissima explanatione decursæ. Digessit etiam Catalogum Consulum Romanorum. Epiphanium

um Scholasticum, qui tres, Theodoreti, Socratis, & Zozomeni, historias in vnam tripartitam historiã redegit, de Græco in Latinum transtulit. Nouissimè, anno scilicet ætatis suæ xciij. præcatu fratrum suorum, scripsit de Ortographia, cuius regulas de xij. nominationibus Grammaticis collegit, de anima librum vnum.

ANNOTATIONES.

Hic author pleno nomine vocatur Marcus Aurelius Cassiodorus. Cap. xli.

GRegoriu natione Romanus, ex prætore rbano Monachus & Abbas septimus Romanæ Ecclesiæ Leuita, Apochrisarius, Papa Romanæ Ecclesiæ, multa scripsit. Rogatus à Leandro Hispalens. Episcopo, librum Iob exposuit tripliciter, historicè, allegoricè, & moraliter, & libros diuidens in sex libros, consummauit hoc mirabile opus, in xxxv. libris. Primam, & Vltimam partẽ Ezechielis Prophetæ, quæ obscuriores erant, exposuit homelitico sermone. Scripsit ad Marianum Episcopum xlij. Euangelij omelias. In initio Papatus sui scripsit ad Ioannem

Anno Domini 600. Trith.

Rauēnæ Episcopū librū regulæ pastoralis:librum dialogorum,quē cum Petro Diacono suo de miraculis sanctorum sui temporis habuit, Tendelindæ Longobardorum Reginæ pro munere misit.Epistolarum tot libros posteris reliquit,quod annos in Papatu vixit, id est tredecim & semis. Scripsit & & alia quæ à Romanis post mortem eius combusta sunt,qui & omnia opera eius combussissent, nisi Petrus Diaconus eius interueniens confirmasset iureiurando,se vidisse spiritum sanctū quasi columbam super caput Gregorij tractantis sedentem,rostrum suum ori illius inserentem, & hoc ipsum Petrus hac conditione fecit,vt si ipse post factum iusiurādum statim moreretur, Romani à libris Gregorij comburendis cessarent,si non moreretur, ipse etiam cōbustoribus librorū manus daret:Sic Petrus inter verba iuramēti expirauit,& Romanorū insania cessauit. Quæ scriptura Gregoriū tam illustrauit,q̄ illud, quod antiphonarjū regulari musicæ modulatione cētonizauit & scolas cantorū in Romana Ecclesia constituit. Anno-

ANNOTATIONES.

Tendelindæ Longobardorum Reginæ: Gemblacensis codex habet Trudelindæ, cod. Afflig. habet Tendelindæ.

Caput xlij.

ANastasius Antiochenus Episcopus pastorale, librũ Gregorij in Græcam linguam transtulit, & Orientalibus Ecçlesijs opus venerabile procurauit. Anno Domini 630.

Caput xliij.

PAtherius Romanæ Ecclesiæ notarius & secundicerius colligens omnia diuinæ scripturæ testimonia, per quę Gregorius obscura suę expositiõis dilucidauit, tres libros edidit. Duos de testimonijs veteris instrumenti, & vnũ de testimonijs noui testamenti, ipsumque codicem appellauit librum testimoniorum. An. D. 630. Trith.

Caput xliiij.

CLaudius Classitanæ vrbis Abbas, multa de prouerbijs, de cãticis cãticorũ, de Eptatico, de Prophetis, de libris Regũ, q̃ loquẽte Gregorio audierat exponi, nec tñ ea Gregorius p̃ infirmita- An. D. 630 Trith.

mitate & occupatione ſcripſerat, ipſe ſuo ſenſu dictauit, ne perirent, vt apto tempore emendatius dictarentur, quę cum Gregorius comperiſſet, valde inutilius permutata eſſe, ea ſtudioſius recollegit, & oportunè correxit.

Caput xlv.

Anno Domini [illegible]o. Trith. 590

FOrtunatus natione Italus liberalibus artibus eruditus, à dolore oculorum, virtute Martini Turonenſis Epiſcopi ſanatus, & pro hac cauſa Turonis venit, & Pictauis progreſſus, primo ibi presbyter, deinde Epiſcopus conſecratus eſt. Scripſit metricè hodeporicum ſuum, ſcripſit metricè quatuor libros de vita ſancti Martini, & multa alia, & maximè hymnos ſingularum feſtiuitatum: ad ſingulos amicos cōpoſuit verſus ſuaui & diſerto ſermone.

Caput xlvi.

Anno Domini. 565. Trith.

IVſtinianus maior Imperialis Maieſtatis, dignitate illuſtris, videtur illuſtrior fuiſſe alijs Imperatoribus per hoc, quod etiam inter Eccleſiaſticos ſcriptores locum acquiſiuit, leges nanque

que Romanorum, quarum prolixitas nimia erat & inutilis dissonãtia, mirabili breuitate correxit. Nam omnes constitutiones Principum, quę vtique multis in voluminibus habebantur, intra xij. libros coarctauit: idem quoque volumen codicem Iustinianum appellari fecit. Rursumque singulorum magistratuum siue Iudicum leges, quæ vsque ad duo milia penè librorum erant extensæ, intra quinquaginta librorum numerum redegit, eũdem codicem Digestorum siue pandectarum vocabulo nuncupauit. Quatuor etiam institutionum Libros, in quibus breuiter vniuersarum legum textus compræhenditur, nouiter exposuit. Nouas quoque leges, quas ipse statuerat, in vnum volumen redegit.

Caput xlvij.

SIxtus Episcopus scripsit librum de vita hominis perfecta. An.D. 670

Caput xlviij.

OSius Episcopus scripsit librum de obseruatione Dominicæ disciplinæ. An.D. 360. Trith.

Caput

Caput xlix.

An.D.600 Trith. GRegorius Turonen.Epiſcopus, vir magnæ nobilitatis & ſimplicitatis, ſcripſit multa ſimplici ſermone. Scripſit duos libros de vita vel memoria quorundam confeſſorum. Scripſit librum de miraculis ſanctorum, de miraculis Iuliani Martyris Bruatenſis librum vnum, de miraculis ſancti Martini ſuo tempore oſtenſis, libros quatuor: hiſtoriam Francorum paruo libello breuiauit, eamq́; poſtmodum diffuſius nouem libris digeſſit. Scripſit & chronicam Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.

ANNOTATIONES.

Martyris Bruatenſis: ita habet co. Martinieſis, reliqui habent Briuatenſis: ſic etiam cod. Afflig.

Caput L.

An.D.670 ROdolphus ſcripſit hiſtoriam Frācorum à ſuo tempore.

ANNOTATIONES.

Codex Viridis Vallis hunc Radolphum vocat.

Caput

Caput li.

YSidorus Cordubensis Episcopus, scripsit ad Orosium libros quatuor in libris Regum. An. D. 420 Trith.

Caput lij.

PRoba vxor Adelphi centonem ex Virgilio de fabrica mundi & Euangelijs plenissimè expressit, materia composita secundum Virgilianos versus, & versibus secundum materiam concinnatis. An. D. 430 Trith.

Caput liij.

POmponius ex eodem Poëta inter cætera styli sui ocia Tityrum in honorem Christi composuit: similiter & Aeneidos. Anno Domini. 430.

Caput liiij.

IVlianus Pomerius scripsit de resurrectione mortuorum. An. D. 490 App.

ANNOTATIONES.

Hunc Gennadius appellat Pomerium Mauram. ca. 98.

Caput lv.

YSidorus iunior Hispalensis Episcopus An. D. 636 Trith.

ſcopus,multa ſcripſit.Scripſit ad Brau lionẽ Epiſcopum xx. libros etymologiarum. Scripſit librum procemiorũ, de libris veteris & noui Teſtamenti, quos in canone recipit Eccleſia Catholica.De Eccleſiaſticis officijs ad Fulgẽtium.De ortu, vita, & obitu ſanctorũ patrum,qui in ſcripturarum laudibus efferuntur.Ad Oroſium, librum de ſignificationibus nominum.Ad Saſebutum librum de natura rerum. Scripſit librum de differentijs verborum, Librum de proprietate rerum, librum ſermonum, librum Eccleſiaſticorum dogmatum.Scripſit ſynonima, vbi inducuntur duæ perſonæ, vna hominis plangentis,altera rationis ammonentis. Scripſit & lamentum pœnitentis diſtinctum alphabeto, addita oratione.Scripſit de conflictu virtutum & vitiorum librum vnum. De myſterijs ſaluatoris librum vnum. Totum vetus Teſtamentum ſimpliciter exponẽdo percucurrit.Scripſit & alia ſęculari literaturæ competentia,quæ commemorare nihil ad nos.

Caput lvi.

IVlianus Toleti Hiſpaniarum vrbis Epiſcopus, ſcripſit ad Idalium Epiſcopum Barcinonæ librum quem prætitulauit prognoſticon, id eſt, præſciẽtia futuri ſæculi. An.D. 430 Trith.

Caput lvii.

LEontius Neapolis Cypriorum Inſulæ Epiſcopus, ſcripſit vitam Ioannis Alexãdrini Epiſcopi, qui ob eximiam in pauperes miſericordiam agnominatur eleemoſynarius. An.D. 610. Trith.

Caput lviii.

AVdoenus, qui & Dado Epiſcopus Rothomagenſis ſcripſit ad Robertum Pariſiorum Epiſcopum vitam Eligij Nouioniẽſis Epiſcopi, duobus libris explicans miracula, quæ vel in vita vel poſt mortem ei⁹ geſta ſunt: per eum tertio libro rhetoricè & commatice, totam vitam eius recapitulans. An.D. 660 Trith.

ANNOTATIONES.

Hic apud Trithemium perperam scriptus erat Audoenus, in bibliothecis publicatis est Audoenus.

Caput lix.

An. D. 676 Trith.

LEo secundus huius nominis Papa, græca & latina lingua sufficienter instructus, transtulit de Græco in Latinum sextam synodum, quę tempore Agathonis Papæ prędecessoris sui celebrata est in vrbe Constantinopoli, in qua damnati sunt illi, qui vnam tantũ voluntatem & operationem prædicabant in domino Iesu Christo.

Caput lx.

An. D. 590 Trith.

COlumbanus Abbas Luxoniẽsis in Hibernia Scothorũ insula natus, & in Gallias pro Christo peregrinatus, tanto sapientiæ thesauro est ditatus, vt adhuc adolescẽs librum Psalmorum elimato sermone scriberet, & & alia multa ederet, vel ad canendum digna, vel ad docendum vtilia.

Caput lxi.

Anno Domini 630. Trith.

IOnas scripsit vitam Columbani Abbatis, & vitas Attilæ, & Eustathij, qui

qui fuerunt discipuli & successores Co
lumbani.

Caput lxij.

BEnedictus Abbas scripsit ad Monachos librum, quem vocauit cõcordiam regularum. multorum Patrũ regulas, regulæ sancti Benedicti Cassinensis cõferens, vt nulla patrum regula à Benedicti regula discordet, imo Benedicti regula regulis omnium Patrũ concordet.

Caput lxiij.

THeodorus Scotorum Archiepiscopus, à Vitaliano Papa ad Scotiã directus, scripsit pœnitentialẽ librum, distinguens modum & tempus pœnitendi secundum modum peccandi. An. D. 690 Trith.

Caput lxiiij.

ADamannus presbyter & Abbas Scotorum, sciẽtia literarum nobilitatus, scripsit librum de sanctis locis natiuitatis, passionis & resurrectionis, & ascẽsionis Iesu Christi, & de monumentis sanctorum Patrum. An. D. 690 Trith.

Caput lxv.

IOannes Scotus in exponendis diuinis & humanis ſcripturis ſatis idoneus, fecit tractus in Matthæum, ſcripſit librum de officijs humanis, & alia quæ ab alijs habentur,

Caput lxvi.

Anno Domini 680. Trith.

ADelmus Abbas Scotorum, iubēte ſynodo gentis ſuæ, ſcripſit librum aducrſus errorem Britonum, ꝙ vel Paſcha nō ſuo tempore celebrarent, vel alia plura agerent contraria paci, & Eccleſiaſticæ conſuetudini, & per hoc multos reduxit ad concordiā Catholicæ Eccleſiæ. Scripſit & librum de virginitate, quod exemplo Sedulij geminato opere, id eſt, proſa & metro compoſuit.

ANNOTATIONES.

Vide eundem Sigebertum infra cap. 133.

Caput lxvii.

An. D. 680 Trith.

CEolfridus Abbas Scotorum, conſulenti Regi Pictorum de legitima obſeruatione Paſchæ, & de tonſura cle-

ra clericorum ſcripſit vtilem Epiſtolã, per quam ipſe Regi ſatisfecit, & Rex gentem ſuam ad concordiam Eccleſię reduxit.

Caput lxviii.

BEda Monachus, natione Anglus, quis vel vnde fuerit, quæ vel quanta ſcripſerit, ipſe ſuis verbis aperit. Quum eſſem inquit annorum vij. cura propinquorum, datus ſum educandus Reuerendiſſimo Abbati Benedicto, ac deinde Ceolfrido, cunctumque ex eo tempus vitæ in eiuſdem monaſterij habitatione peragens, omnem meditandis ſcripturis operam dedi, atque inter obſeruantiã diſciplinæ regularis curam ſemper aut diſcere, aut docere, aut ſcribere dulce habui: decimonono vitæ meæ anno Diaconatum, triceſimo presbyteratus gradum ſuſcepi. Ex quo tempore vſque ad annum ætatis meæ lviij. venerabilium patrum ſcripta breuiter annotare, ſiue etiam ad formam ſenſus, & interpretationẽ eorum ſemper adijcere curaui. Quorum hæc eſt ſumma: In principio Ge- Anno Domini 730 Trith.

nesis vsq; ad natiuitatē Isaac,& eiectio nē Ismahelis libros quatuor. De taber naculo & vasis ei⁹, ac vestib⁹ sacerdotū libros tres. In primā partem Samuelis, vsq; ad mortē Saulis libros quatuor, de ædificatione tēpli allegoricę expositionis, sicut & cęteros libros duos. Itē in libro Regū xxx. quæstionū, in ꝓuerbia Salomonis libros tres, in Cantica cāticorū libros sex, in Esaiā & Danielē, duo decī Prophetas, & partē Hieremiæ distinctiōes capitulorū ex tractatu B. Hieron. excerptas, in Esdrā & Neemiā libros tres, in cāticū Abacuc librū vnū, in librū B. Patris Tobiæ explanationes allegoricæ: de Christo & Ecclesia librū vnū. Itē capitula lectionū in Pentateucū Moysi, Iosue, Iudicū, in libros Regū & verba dierū, in librū B. patris Iob, in parabolas, Ecclesiastē, & cātica cāticorū, in Esaiā Prophetā, Esdram quoq; & Neemiā, in Euāgeliū Marci lib. quatuor, in Euangeliū Lucæ libros sex, Omeliarū Euāgelij libr. duos, in Apostolū quęcunq; in opusculis S. Augustini exposita inueni, cuncta p ordinē scribere curaui, in actibus Apostolorū lib. 2. In epi-

epiſtolas ſeptē canonicas libros ſingulos, in Apocalypsī S. Ioānis libros tres. Itē capitula lectionū in totū nouū Teſtamētū, itē libros epiſtolarū ad diuerſos, quarū de ſex ætatib. ſæculi vna eſt, de manſionib. filiorū Iſrael vna, vnā de eo, ꝙ ait Eſaias, Et claudētur ibi in carcerē, & poſt multos dies viſitabuntur: de ratione biſexti vna, de æquinoctio, iuxta Anatoliū vna. Itē de hiſtorijs ſanctorū: librū vitę & paſſiōis S. Felicis cōfeſſoris, de metrico Paulini opere in ꝓſam trāſtuli. Librū vitæ & paſſionis S. Anaſtaſij male ex græco tranſlatū, & peius à quodā imperito emendatū, ꝓut potui, ad ſenſū correxi. Vitā S. patris monachi, ſimul & antiſtitis Chutberti & pri⁹ heroico metro, & poſtmodū plano ſermōe deſcripſi, hiſtoriā Abbatū monaſterij hui⁹, in quo ſupernæ pietati deſeruire gaudeo, Benedicti & Ceolfridi & * Huetberti in libellis duob. hiſtoriā Eccleſiaſticā noſtrę inſulę ac gētis in lib. quinq;. Martyrologiū de natalicijs SS. Martyrū dieb. in quo oēs quos inuenire potui, nō ſolum qua die, verumetiam quo genere certaminis, vel

* al. Huatberti, aliàs Chutberti.

ſub quo Iudice mundum vicerunt, diligenter annotare curaui, librum hymnorum diuerſo metro ſiue rythmo, librum epigrammatum heroico metro ſiue elegiaco, de natura rerum, & de temporibus libros ſingulos. Item de temporibus, librum vnum maiorem, librum de Orthographia alphabeti ordine diſtinctum. Item librum de metrica arte, & huic adiectum alium de ſchematibus, ſiue tropis libellum, hoc eſt de figuris modiſque locutionum, quibus ſcriptura ſancta contexta eſt. Centonizauit etiam expoſitionem in Cantica canticorum, collectis ſententijs de libris Gregorij Papæ, per diuerſa opera illi⁹. Obijt anno D.CC.XXXIIII Dominicæ incarnationis, Leone Romanis imperante, Francis Carolo Marcello Principante, ſub Theodorico Rege, ſuper Anglos regnante Edilberto.

Caput lxix.

PAulus Diaconus Neapolitanę Eccleſię, tranſtulit de Græco in Latinum, vitam ſanctæ Mariæ Aegyptiacæ.

Caput lxx.

ANianus vir ſpectabilis, iubente Alarico Rege volumen vnum de legibus Theodoſij Imperatoris edidit, & monente Oruntio Epiſcopo librum Iohannis Chryſoſtomi in Matthæum de Græco in Latinum tranſtulit. An. D. 400

Caput lxxi.

VValafridus Abbas vitam & miracula ſancti Galli Abbatis, primo proſaicè, deinde metricè compoſuit. An. D. 700 Trith.

Caput lxxij.

CHriſtianus ab Aquitania in Galliam veniens, nomen ſuum ſcribendo notificauit. Expoſuit enim Euangelium Mathæi, promittens etiam de alijs Euangelijs ſe tractaturum. An. D. 8 Trith.

ANNOTATIONES.

Hunc Trithemius vocat Chriſtianũ Druthmarum.

Caput lxxiij.

VErus Epiſcopus vitam Eutropij Epiſcopi Arauſicæ Galliarum vrbis An. D 750 App.

 illu-

illustrẽ virtutibus ac miraculis descripsit luculento sermone.

Caput lxxiiij.

An.D. 730 Trith.

GRegorius, secũdus huius nominis, Papa Romanus, interpellatus apud Constantinopolim à Iustiniano Imperatore super quibusdã capitulis optima respõsione vnamquanq; quæstionem absoluit, & scripta edidit. Rescripsit etiã ad synodicam, quam Ioannes Constãntinopolitanus antistes Romã misit. Hic constans ecclesiasticorũ dogmatum defensor, & contrariorũ fortissimus impugnator, scripsit contra Leonem Imperatorẽ, qui seductus à quodã refuga fidei nomine Beser, iussit vbiq; imagines Dei, & Sanctorum eius deponi & incendi.

Caput lxxv.

An.D. 730 Trith.

IOannes Monachus, & presbyter de Damasco Syriæ, vita & doctrina clarus, cognomento Chrisaoras, animatus scriptis Gregorij Papæ, quibus impugnabat impietatem Leonis Imperatoris, scripsit & ipse græcis, græcè contra Leonem Imperatorem.

Caput 76.

GRegorius terti⁹ ſcripſit & ipſe cō-monitoria ſcripta ad Imperatores Leonem & Conſtantinū, per quos perſecutio grauis cōmota erat contra imagines Dei, ſanctorūq; eius, q̄ ſcripta fautores Imperatorū portitorib. auferētes diſcerpſerūt ea. Gregorius iterū ſcripta Imperatorib. miſit, & iterū ea à portitoribus ablata ſunt, & diſcerpta. Quia ergo Imperatores nolebāt ſuſcipere cōmonitoria Apoſtolicæ auctoritatis ſcripta, Gregorius Papa cōtra eos multa ad multos ſcripta edidit. An. D. 740 Trith.

Caput lxxvij.

ZAcharias Papa libros dialogorū primi Gregorij Papæ, de Latino in Græcum tranſtulit, & plures latinæ linguæ ignaros lectione eorum illuminauit. An. D. 750 Trith.

Caput lxxviij.

CRodegangus Metenſis Epiſcopus, Pipini Regis ex ſorore nepos, nobilitatē generis nobilitās, feruore ſanctę religionis ſcripſit regulā, quā ſpecialiter Metenſis Eccleſiæ clericis obſeruādum dedit. An. D. 760 Trith.

An-

ANNOTATIONES.

Crodegangum habet vtrumq́; exemplar m.ſ. Trithemius vocat Ruggandum: codex Gemblacenſis etiam Crodegangum vocat, vt & Afflig.

Caput lxxix.

An. D. 795 Trith. ADrianus Papa libros epiſtolarũ primi Gregorij Papæ abbreuiauit, & vtiliora quæque decerpens, tredecim libros ad duos redegit. Scripſit etiã ad Imperatores Leonem iuniorẽ, & Conſtantinum filium eius pro venerandis Imaginibus Dei & ſanctorũ eius, ſcripſit ad Carolum Imperatorẽ librum Apoſtolicæ Auctoritatis, arguens errorem eorum, qui infirmare volebant quædam capitula, quæ ſecunda Nicæna ſynodus promnlgauerat, auctoritate trecentorum quinquaginta Epiſcoporum, qui hæreſin execrantiũ imagines Dei Sanctorumque eius anathematizauerunt.

Caput lxxx.

An.D.680. Trith. PAulus Monachus Caſſinenſis cœnobij natione Italus, propter ſciẽtiam literarum à Carolo Magno Impera-

peratore ascitus, scripsit vitam primi Gregorij Papæ, scripsit gesta Pontificũ Metensium, scripsit miracula sancti Arnulphi, qui primo maior domus regis Francorum, postea Metensium Episcopus, Heremiticam vitã expetijt. Historiam quoque Vinnulorum, qui postea nominati sunt Longobardi, luculento & plano sermone scripsit.

Caput lxxxi.

CArolus Imperator per manum huius Pauli Diaconi sui decerpens quæque optima de scripturis Catholicorum Patrum, lectiones vnicuique festiuitati conuenientes per Circulum anni in Ecclesia legendas, compilari fecit in duobus voluminibus. Anno Domini. 800.

Caput lxxxij.

HIlduinus Abbas sancti Dionysij Parisiensis, scripsit ad Ludouicũ Imperatorem vtroq; stylo, id est, prosaico & metrico vitam ipsius Dionysij. An. D. 840 Trith.

ANNOTATIONES.

Adnotandum duxi non Ludouicum, sed Leodouicum scribi in cod m. s. Virid. Vall.

Caput lxxxij.

An D 770 Trith.

ALchuinus siue Albinus de Britānia oriundus, & inde ab Imperatore Carolo euocatus, & tāta familiaritate ei accept⁹, vt appellaretur Imperatoris delitiosus, cui⁹ maxime magisterio ipse Imperator omnib. liberalibus artibus initiari satagebat, multa scripsit. Scripsit in Genesim Dialogū: ad Vuidonē comitem de virtutibus & vitijs librum, de quibusdā Psalmis Enchiridion. Fecit tractatus super Euangelium Iohannis. Scripsit ad ipsum Imperatorem libros de sancta Trinitate: Respondit quæstionibus à Fredegiso sibi propositis. Scripsit prognosticon de futuro sæculo. Scripsit ad Eulaliam virginem de natura vel immortalitate animę: iussu Imperatoris correxit diuinam bibliothecam, & alia nonnulla scripsit.

ANNOTATIONES.

Hic à quibusdā Albinus dicitur, habetq; prænomē additū Flaccus: additurq; cognomē Leuita.

Caput

Caput lxxxiiij.

EInardus scripsit vitam Caroli Imperatoris tãto veracius, quãto adhęsit ei familiarius. Hic imitatus Bedã, qui abbreuiauit hebraicum Psalteriũ, excerpẽdo de illo omnes versus verba orationes habentes. Abbreuiauit & ipse Gallicanum Psalterium, quo nos Galli vtimur, excerpens de illo omnes versus verba orationis continentes. Anno Domini. 820. Trith.

ANNOTATIONES.

Hic in Bibliothecis etiam dicitur Eginhardus.

Caput lxxxv.

HVsuardus monachus prouocat' studio Hieron. & Bedæ, qui festiuitates sanctorũ annuatim recurrẽtes partĩ annotauerãt, maximè aũt animatus studio & iussu magni Caroli Imperatoris, cui displicebat, ꝙ Hiero. & Beda studentes nimis breuitati, præterierant plura necessaria, & quã plures Calendarum dies intactos reliquerant, in gratiam eius studuit opus imperfectũ supplere, & festiuitates sanctorum An. D. 770 Trith.

per

per singulos Calendarum dies annotans, integrum Martyrologium effecit.

ANNOTATIONES.

Vtrunque exemplar m.s. habet Husuardum Trithemius habet Isuardum. Gemblacensis cod. etiam Husuardum habet: vt & Afflig.

Caput lxxxvi.

An.D 830. Trith. ANgelomus monach⁹ iussu Drogonis Metensium Episcopi, qui filius erat Caroli Imperatoris, fecit tractatus super quaruor libros Regum.

Caput lxxxvij.

ATtularius monachus breuem libellum de Ecclesiasticis officijs scripsit. Postea scribēs de eadem re ad Ludouicum Imperatorem, ordinem & causas Ecclesiasticorum officiorum quatuor libris planius digessit, & de mysterijs missæ librum vnum.

ANNOTATIONES.

Codex m.s. Viridis Vallis habet in contextu Attularius, & adnotatum inter lineas Amularius

larius, cod. Martinianus habet Annilarius, Trithemius Hamularius: Gembla. cod. habet Amularius, vt & Afflig.

Caput lxxxix.

BEllator presbyter, septem libris exposuit librum sapientiæ Salomonis.

Caput xc.

RAbbanus, qui & Maurus, siue Magnetius, ex abbate Vuldensi Archiepiscopus Moguntiæ, scripsit librũ de laude sanctæ Crucis mira varietate depictum, quem misit Romæ sancto Petro offerendum. Scripsit ad Otgarium Archiepiscopum librum super libros sapientiæ Salomonis: Scripsit super librum Machabæorum primum super Esdram, super Iudith, de mysterijs missæ, librum vnum, de benedictionibus Patriarcharum librum vnum; scripsit ad Hilduinum Abbatem in Regum libros quatuor, de quæstionibus Canonum, ad Heribaldum Episcopũ, librum vnum, ad Reginbaldum Coëpiscopum de eadem re librum vnum, & alia. An. D 850. Trith.

Caput xci.

Anno Domini. 840. Trith.

FReculfus Episcopus scripsit ad Elisacharum historiam à conditione mundi vsq; ad natiuitatem Christi: difficultatem etiam intercurrentiũ quæstionum enodare non neglexit, & interponendo diuinæ historiæ sæculares historias contemporalitates regnorũ sibi coaptans, cõsummauit hoc opus in septem libris.

Caput xcii.

An. D 890. Trith.

AMbrosius Autbertus scripsit librum de cupiditate, scripsit etiã libros decem super Apocalypsim, & alia nonnulla.

ANNOTATIONES.

Manuscriptus codex vterq; habet Ambrosius Autbertus, vt & Afflig. & Gemblac. Trithemius habet Ansbertus.

Caput xciiii.

FLorus Epistolas Pauli ex integro exposuit, qui nihil à se dicens, sed omnes Augustini libros reuoluens, & capitula epistolarum Pauli ab Augustino diuersis locis exposita, recolligens

gens, ipſa capitula expoſita reſtituit ordini epiſtolarum, annotans ſingulos Auguſtini libros, in quib⁹ ea capitula expoſita erant, & ſic nouo & mirabili ſtudio de alieno labore magnũ ſui operis volumen edidit.

Caput xciiii.

LVpus Seruatus, librum compoſuit de tribus quęſtionibus, id eſt, de libero arbitrio, de prædeſtinatiõe bonorum & malorum, de sãguinis Christi quadam ſuperflua taxatione vel redemptione, vſque ad ſalutem Impiorum. Nam ſuper hac re orta eſt quædã fidei turbatio, anno Domini octingẽteſimo quadrageſimo nono. An. D. 858 Trith.

Caput xcv.

IOannes Erigena iubẽte Carolo Ludouici Imperatoris filio libros Dionyſij Areopagitæ in latinum trãſtulit. Anno Domini. 850 Trith.

ANNOTATIONES.

Erigena: in m. ſ. cod. Gemblacẽ. eſt Eurigena: vt & in Afflig.

Caput xcvi.

Anno Domini 830. Trith.

BErtramus ſcripſit librum de corpore & ſanguine Domini, & ad Carolum librum de prædeſtinatione.

ANNOTATIONES.

Bertramus: in Gemblac. cod. erat Ratramus: vt & in cod. Virid. Vallis.

Caput xcvij.

An. D 840 Trith.

MIchaël & Theophilus Imperatores ſcripſerunt Ludouico Regi Francorum librum vtiliſſimum de veneratione imaginum.

Caput xcviii.

An. D. 880. Trith.

PAſchaſius Ratbertus, Abbas Corbeienſis, ſcripſit ad Placidum Abbatem, librum de Sacramentis corporis & ſanguinis Chriſti.

Caput xcix.

An. D. 890 Trith.

ALmannus monachus Altuillarēſis ſcripſit vitam ſancti Niuardi Archiepiſcopi Remenſis, vitam Sindulphi, vitam Helenæ Reginæ, & tranſlationem eiuſdem à Roma ad cœnobium

bium Altuillarense, & quia suo tempore Francia à Nortmannis vastabatur, exemplo Hieremiæ Prophetæ desolationē Franciæ, & sui cœnobij quadruplici planxit Alphabeto.

Caput c.

HInemarus ex monacho sancti Dionysij Parisiensis Archiepiscopus Remensis, vitam sancti Remigij Remensis primo breuiter descriptam ex breui, in librum magnæ quantitatis augmentatam, ex magno libro abbreuiatam studio Fortunati Episcopi & poëtæ: Hanc, inquam, vitam Hincmarus descripsit, inserens tam ea, quæ in historijs maiorum de ortu, vita, vel morte sancti Remigij inuenit, quam ea, quæ in diuersis scedulis dispersa col legit, & secundum legem historiæ, nec illa prætermisit, quæ vulgata relatione didicit, nec Testamentum eius præterijt. Rescripsit ad Ecclesiam Rauennatem sub persona magni Caroli Imperatoris. An. D. 860 Trith.

Caput ci.

An. D. 890 Trith.

ADreualdus qui & Adelbert⁹ monachus Floriacēsis, scripsit historiam miraculorū, quę ostensa sunt per Gallias sancti Benedicti Cassinēsis meritis, à tēpore quo corpus eius translatum est à monte Cassino ad cœnobium Floriacēse, vsq; ad tempus Odonis Regis Francorum.

ANNOTATIONES.

Trithemius pro Adelbertus hic Albertus legit.

Caput cij.

An. D. 990 Trith.

A'Vmonius monachus Floriacensis historiam miraculorum S. Benedicti ab Adreualdo initiatam perfecit, perducens eam à tempore Odonis Regis, vsq; ad tempus Roberti Regis Francorū. Scripsit etiam historiam Frācorum, & situm Galliarū distinxit.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Ammonium.

Caput cxiij.

An. D. 869 Trith.

NIcolaus Papa epistolas Apostolicæ auctoritatis ad diuersos à se scriptas

ſcriptas in vno volumine redegit.

Caput ciiij.

ANaſtaſius iubente Nicolao Papa tranſtulit in Latinum, vitam Ioannis Eleemoſynarij ſcriptam Gręcè à Leontio Epiſcopo. An. D. 860 Trith.

Caput cv.

ERicus monachus vitam Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi metrico ſtylo luculenter ſex libellis deſcripſit. An. D. 880 Trith.

ANNOTATIONES.

Hic ſcriptor in cod. Gembla. & Afflig. Liricus in cod. Virid. Vall Firicus appellatur.

Caput cvi.

Milo Monachus S. Amandi ſcientia litterarum clarus ſcripſit metrico ſtylo vitam ſancti Amandi. Scripſit etiam ad Carolum Regē metricè librū de ſobrietate. An. D. 870 Trith.

Caput cvii.

IOannes Diaconus Roman. Eccleſię ad Ioannē ſeptimū in hui⁹ nominis Papā, ſcripſit Vrbano ſtylo quatuor An. D. 870 Trith.

libros de vita primi Gregorij Papæ, & idem petente Ganderico Veliternensi Episcopo, scripsit etiam gesta Clemētis Papæ.

Caput cviii.

An. D. 860 Trith.

HVbaldus monachus sancti Amādi, peritia liberalium artium ita insignis, vt philosophis conferretur, vitas multorum sanctorum scripsit, & quia in arte musica præpollebat, cantus multorum sanctorum dulci, & regulari melodia composuit. Scripsit etiam librum de arte musica sic cōtemperans chordas monocordi litteris alphabeti, vt possit quis per eas, sine magisterio alterius discere ignotum sibi cantum: scripsit etiam ad Imperatorē Carolum Caluum librum trecentorum versuum, in laudem Caluorum, cuius omnia verba incipiunt ab vna littera, id est, c. vt Carmina clarisonæ caluis cantate Camenæ.

Musicus

ANNOTATIONES.

Huc Trithemius Hugbaldum vocat: codex Gembl. Hubaldum: vt & Afflig.

Caput cix.

NOtgerus Abbas ſcripſit librum de muſicis notis, & Symphoniarum modis, vt poſſit quiuis videre & intelligere, quomodo differant à ſe interualla Symphoniarum. Anno Domini 890 Trith.

Caput cx.

ENchiriades ſub perſona diſcipuli interrogantis, & magiſtri reſpondentes, ſcripſit Dialogum de ratione muſicæ, & in trib⁹ libris multiformes muſicæ regulas explicuit.

Caput cxi.

AVrelianus Clericus Remenſis Ecclesiæ, ſcripſit ad Bernardum Archicantorem poſtea Epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos ſiue tenores appellant, & de earum vocabulis. An. D. 900 Trith.

Caput cxii.

REgino Abbas Prumienſis ſcripſit ad primum Alberonē Metenſem Epiſcopum Chronicam continentem præcipua geſta Francorum, quam à na- An. D. 912 Trith.

tiuitate Christi perduxit vsq; ad annũ nati Christi D.CCCC.octauum.

Caput cxiij.

AVxilius scripsit dialogum sub persona insensoris & defensoris diuinis & canonicis exemplis munitũ contra intestinam discordiam Romanæ Ecclesiæ, scilicet de ordinationib⁹, exordinationibus, & super ordinatiobus Romanorum Pontificum & ordinatorum ab eis exordinationibus, & superordinationibus.

Caput cxiiij.

MAximus Episcopus scripsit librũ de Ecclesiasticis ministerijs, & de habitu clericorum.

ANNOTATIONES.

Cod. m. s. Martinianus pro ministerijs habet mysterijs.

Caput cxv.

DInamius vir illustris ac patricius scripsit plenã virtutib. vitã S. Marij, q fuit Abbas Bobacẽsis cœnobij.

Caput cxvi.

PElagius Diaconus Romanæ Ecclesiæ

ſiæ tranſtulit de Græco in Latinum, de vita & doctrina, & de perfectione ſanctorum Patrum libros ſedecim, ſcilicet de profectu monachorũ librũ vnũ, de quiete vnũ, de compunctione vnũ, de continentia vnum, contra fornicationem vnum: quod monachus nihil debeat poſſidere, vnum: quod nihil per oſtentationem fieri debeat, vnum. de patiẽtia & fortitudine vnum, quod non oporteat iudicare quemquam, vnum: quod oportet ſobrie viuere vnũ: quod ſine intermiſſione & ſobriè oportet orare, vnum: de humilitate vnum, de pœnitentia vnum, de caritate vnum, de prouidentia ſiue contemplatione vnum.

Caput cxvij.

IOannes ſubdiaconus tranſtulit de Græco in latinum de vita & doctrina patrum librum vnum.

Caput cxviij.

MArtinus Epiſcop. trãſtulit per manum Paſchaſij Diaconi interroga- An. D. 540 tiões & reſpõſiones plurimas ſancto- Trith. rum Aegyptiorũ patrum in Dumiẽſe cœnobio.

Caput

Caput cxix.

SMaragdus ſcripſit de vitandis vitijs, & tenendis virtutibus librum, quem attitulauit:diadema monachorum,quia ſicut diadema gemmis, ita hic liber refulget virtutibus.Scripſit etiam ſuper regulam ſancti Benedicti, & alia nonnulla.

Caput cxx.

CAeſarius Abbas Lerinenſis ſcripſit & declamauit Homelias vitæ, monachorum congruentes.

Caput cxxi.

LAurentius mellifluus, ſcripſit librum de duobus temporibus, id eſt, vno ab Adam vſque ad Chriſtum, altero à Chriſto vſque ad finem ſæculi.Declamauit etiã Homelias ore quaſi mellito, vnde agnominatur mellifluus.

Caput cxxij.

BOnifacius Epiſcopus ſcripſit metrico ſtylo librum de virtutibus & vitijs.

Caput

Caput cxxiii.

ALgarius Episcopus Cameracensis scripsit ad Ebonem Remorū Episcopum librum pœnitentialem secundum decreta Canonum.

ANNOTATIONES.

Hic in cod. Gembl. & Afflig & Virid. Vall. vocatur Allhgarius. *Cap. cxxiiij.*

REmigius Monachus Antisiodorēsis nominatus in exponendis sæcularibus scripturis, notificauit se vtilius, diuinas etiam scripturas exponendo. Exposuit enim canonem missæ, quid, à quibus in ea sit positum vel additum demonstrans, exposuit Cantica canticorum. Scripsit librum de diuinis officijs. Scripsit de singulis festiuitatibus sanctorum, respōdit Gualoni AEduorum Episcopo interroganti de duabus quæstionibus, vna de altercatione Michaëlis Archangeli cum diabolo, de Moysi corpore quod legitur in Epistola Iudæ Apostoli. Altera de eo quod respondens Dominus ad Iob de turbine dixit : Ecce Beemoth quem feci tecum, fœnum quasi bos An. D. 880 Trith.

com-

comedet, & an extrahere poteris Leuiathan hamo. Scripsit & alia.

Caput cxxv.

An. D. 920 Trith.

ODo Musicus ex Archicātore Turonensi, monachus & primus Abbas Cluniacensis in Homelijs scribendis & declamãdis, & maximè in componendis in honore Sanctorum cantibus elegans ingenium habuit.

Caput cxxvi.

STephanus ex clerico Metensi Episcopus Leodiensis, vitam & passionem sancti Lamberti scriptam incultius à Godescalco clerico, scripsit vrbanius ad Hermannum Coloniæ Archiepiscopum, & cantum nocturnum in honore eiusdem martyris: Canticum etiam de sancta Trinitate, & cantum de inuentione Stephani protomartyris auctentico & dulci modulamine composuit. scripsit etiam ad Robertũ Metensem Episcopum capitularem librum, in quo capitula, respõsoria, versus, collectas, per singulas noctis & diei horas, per integrum annum distinctè congessit.

Caput cxxvij.

LVitbrandus Ticinensis Ecclesiæ Diaconus scripsit luculento & alterno stylo ad Regimundū Episcopū Liberitanę ecclesię Hispanorum historiam, de gestis Regum & Imperatorū sui temporis, quam attitulauit Antapodosim, id est retributionem. An. D. 950 Trith.

ANNOTATIONES.

Hic in cod. m. s. Viridis Vallis Eutrandus vocatur, quæ lectio & in codice Martiniano annotata erat, quomodo & Trithemius habet, in m. s. tamen codice Gemblacensi, qui eius opera continet Luitprandus est, in excuso exemplari apud Heruag. Basil anno 1532. est Liudprandus, codex Gemblacens. quo ad hanc collationem vsi sumus: Luitprandus habet. vt & Afflig. sunt qui etiam Luitprandum appellant, Bibliotheca vocant Luitprandum.

Caput cxxviij.

BAtherius ex Monacho Lobiēsi Episcopus Veronensis vir miræ simplicitatis scripsit vitam S. Vrsmari Lobiēsis, & bis pulsus ab Episcopatu Veronēsi, scripsit librum, in quo faceta satis An. D. 930 Trith.

vrba-

vrbanitate deplorat erūnas suas multa suæ causæ interserēs, quę possunt legentib placere & prodesse. Postea ordinatus Episcopus Leodiensis Ecclesiæ, & ab ea pulsus, scripsit librum quem attitulauit Frenesim: Scripsit librum quem prætitulauit inefficax, vt sibi visum est garritus. Scripsit librū de corpore & sanguine Domini & de prædestinatione Dei. Scripsit cōtra hęresim Anthropomorphitarū, id est, dicentium quod Deus habebat corpoream & humanam formam, quæ hæresis tunc grauiter vexabat Italiam: scripsit agonisticon, id est, proloquiorum libros sex, Confessionum librum vnum, & alia.

Caput cxxix.

An. D. 850 Trith. VVandalbertus scripsit Martyrologium metrico stylo.

Caput Cxxx.

An. D 950 Trith. VVinduchindus monachus Corbeie Saxonicę scripsit historiam Saxonum vsque ad mortem primi Ottonis Imperatoris, & ad Mathildam filiam Ottonis Imperatoris, scripsit vitā

ipsius

ipſius Imperatoris. Scripſit metricè paſſionem Teclæ Virginis, & vitam Pauli primi heremitæ alterno ſtylo ſcripſit.

ANNOTATIONES.

Codex Virid. Vallis hunc Vvinduchindum Martinianus Vvindichinum, ſicut et Trithemius, alij nonnulli codices excuſi & m. ſ. Vviduckindum vocant.

Caput cxxxi.

ROgerus ſcripſit vitam Brunonis Colonienſis Archiepiſcopi, qui fuit Dux & frater Ottonis Imperatoris. An.D 1040 Trith.

Caput cxxxij.

FLauualdus Monachus Remenſis ſcripſit geſta Pontificum Remenſium, orditus narrationem ſuam à cõditione ipſius ciuitatis, quæ à qualitate ciuiũ, qui in bello erant duri cordis, primo aucupata eſt ſibi nomen Cordurus. Poſtea milites Remi, à Romulo fratre ſuo, à facie Romuli fugientes ad eam profugerunt, eamq; à nomine principis ſui Remi Remũ denominauerunt. Hic Scriptor digne ſcriptorib. An.D.454 Trith.

ideo connumeratur, quia digreſſus ab opere ſuo memoriam faciens Sanctorum, Martyrum vel Confeſſorum, quieſcentium in Eccleſijs, Remenſi Eccleſiæ adiacentibus, vel ſubiacentibus, vitas vel paſſiones eorum legentibus notificauit.

Caput cxxxiii.

An. Dom. 13. Trith. ADelmus Epiſcopus imitat9 Symphroſium: qui per proſopopeiam qualitates ſingularum rerũ ſcripſit librum enigmatum metrice, exprimens & ipſe qualitates rerum, ſcripſit enigmatum librum, & in mille verſibus conſummauit illum, ſicut ipſe in capitalibus literis prologi ſui præmõſtrat: Adelmus cecinit millenis verſibus odas.

ANNOTATIONES.

Hic Adelmus idem videtur eſſe cum eo quem ſupra capite lxvi. retulit: in cod. Afflig. hic dicitur Adhelmus.

Caput cxxxiiii.

An. D. 840 Trith. THomas ſcripſit ad Hilduinum Dominũ ſuũ librũ enigmatum breuem quidem, ſed plenum veritatis

&

& elegantiæ, in quo inducit matrem ſapientiam, & ſeptem filias eius, quæ ſunt ſeptē liberales artes per proſopopeiā, exprimētes totā ſui conueniētiā.

Caput cxxxv.

THeodolus Italus natione, Græca, & Latina lingua eruditus, cum Athenis ſtuderet, audiuit gentiles cū Chriſtianis altercantes, quorum colligens rationes, reuerſus contulit in allegoricam eglogam, introducens duas perſonas altercantes, & tertiam de duarum dictis dijudicantem. Primam vocans pſeuſtin, à falſitate dictam, humana & fabuloſa proponentem: ſecundam Alithiam, diuina & vera opponentem, tertiā phroneſim à prudētia dictam, per quam dubia examinātur. Theodolus interpretatur Dei ſeruus. Titulus huius libri eſt, Egloga Theodoli. Hic ſub clericali norma obijt immatura morte, & ideo librum ſuum non emendauit. An. D. 480 Trith.

Caput cxxxvi.

HAymo expoſuit totū Paulū Apoſtolū, Apocalypſim, Eſaiā, cātica An. D. 834 Trith.

canticorum,& alia,sed omnia ad omnes non peruenerunt.

ANNOTATIONES.

Hic Haymo intelligendus est tertius Episcopus Halberstadiensis, cuius opera Trithemius porrò enumerat.

Caput cxxxvij.

FVlquinus Abbas Lobiensis,scripsit gesta Abbatum Lobiensiū,subintroducēs per digressionem plura legentibus vtilia.

Caput cxxxviii.

An.D. 990 Trith. HErigerus Abbas Lobiensis, literali scientia clarus, scripsit gesta Pontificum Leodiensium.Scripsit metrico stylo laudabiliter vitam sancti Vrsmari.Scripsit ad Hugonem epistolam de quibusdam quæstionibus, scripsit sub sua & Adelboldi Episcopi persona dialogum de dissonantia Ecclesiæ,de aduentu Domini. Congessit etiam cōtra Ratbertum multa Catholicorum Patrum scripta de corpore & sanguine Domini.

AN-

ANNOTATIONES.

Contra Ratbertum: sic omnes codices habent, præter Martiniensem, qui vera lectione habet Ratherium, hic enim est is Ratherius, de quo supra dicitur cap. 128.

Caput cxxxix.

ADelbodus ex clerico Lobiensis Episcopus Vltraiectensis, scripsit vitam secundi Henrici Imperatoris, & in vtraq; literatura plura sui monimenta reliquit posteris. Anno Domini 1627. Trith.

ANNOTATIONES.

Codex Gemblacen. & Virid. Vallis, pro Lobiensi habent Leodicensi: sic & cod. Afflig.

Caput cxl.

ABbo Abbas Floriacensis quantũ valuerit in vtraque scientia ostẽdit, cum super calculum Victorij commentatus est. martyr obijt.

Caput cxli.

ARIbo Archiepiscopus Moguntię commentatus est super xv. graduum Psalmos. An. D. 1031 Trith.

Caput cxlij

An. Dom. 1020. Trith.

BVrchardus Epiſcopus vrbis Vangionum, quæ dicitur Vvormacia, magnum canonum volumen, quod à nomine ipſius Burchardus denominatur, multo ſtudio compoſuit, quod teſtimonijs omnium auctenticorum conciliorum, & Decretis Romanorũ Pontificum, & ſententijs omnium penè Catholicorum Patrum auctorizauit, ex quo adhuc omnium Conciliorum Decreta auctorizantur.

Caput cxliij.

An. D. 980 Trith.

ALbertus ex Monacho Lobienſi Abbas Gemblacenſis, humanæ & Eccleſiaſticæ ſcientiæ ſtudio & religionis feruore inſignis, nomen ſuum æternauit, vitas Sanctorum Patrum deſcribendo, cautus in honore ſanctorum cõponendo, & eo maxime quod Burchardus Epiſcopus Vvormatienſis ei⁹ magiſterio ad hoc eſt prouectus, vt ita Eccleſiaſticę vtilitati intenderet, & eius ſtudio ore & manu illud magnum Canonum volumen ad communem omnium vtilitatem ederet.

ANNO.

ANNOTATIONES.

Codex m.s. Gembl. hunc Olbertum vocat: sicut etiam cod. Afflig.

Caput cxliiij.

ALbertus Monach⁹ Metensis, scripsit ad Episcopũ Historiã de gestis sui tẽporis, etsi breuẽ: tamẽ vtilem. An D. 1030 Trith.

Caput cxlv.

GVido Aretinus Monachus post oẽs penè musicos in Ecclesia claruit, in hoc prioribus præferẽd⁹, quod ignotos cantus etiã pueri & puellæ facili⁹ discant vel doceãt per ei⁹ regulã, quã per vocem magistri, aut per visum alicuius instrumenti dummodò sex literis vel syllabis modulatim appositis, ad sex voces, quas sola musica recipit, hisq; vocib⁹ per flexuras digitorũ leuæ man⁹ distinctis per integrũ dyapason, se oculis & auribus ingerunt intentæ & remissæ eleuationes vel depositiones earundem vocum. An. D. 1030 Trith.

Caput cxlvi.

CHilpericus scripsit probabili subtilitate librum, de ratione computi, Anno millesimo sexto. An Dom. 1069. Trith.

ANNOTATIONES.

Trith. hunc vocat Helpericũ: Gembl. cod. hic habet, Anno 1005. ita etiam cod. Afflig.

Caput cxlvij.

An.D1060 Trith. EGebertus clericus Leodiẽsis scripsit metrico stylo de ænigmatib⁹ rusticanis librum, primo breuem sed ampliato rationis tenore: scripsit de eadem re metricè alterum librum maiusculum.

ANNOTATIONES.

Omnia exemplaria nostra m. s. habent Egebertus, Trithemius Eckebertus.

Caput cxlviij.

Anno Domini.1504. LEo Acridanus Bulgarum Archiepiscopus: scripsit breuem libellũ, per quẽ tãtum veneni mortiferi diffudit, vt eo tota Græcia perisset, nisi antidoto Romanæ auctoritatis, & Apostolicæ fidei vis illa veneni extincta fuisset.

Caput cxlix.

Anno Domini.1054. NIceta monachus Constantinopolitanus, cognomento pectoratus, scripsit librum ad Romanos, quẽ prætitulauit de azymo, Sabbato, de nuptijs sacerdotum, defendens Græcos, qui de fermento sacrificabant, qui cũ

Iudæis sabbatizabant, qui nuptias sacerdotum approbabant.

Caput cl.

LEO ex Episcopo vrbis Leucorum, quæ Tullus appellatur, nonus huius nominis Papa Romanus, scripsit Epistolam ad Imperatorem Constantinum, Monachum, monens eum ne sineret inualescere in imperio suo tot hæreses. Græci enim vt symoniaci donum Dei vendebant, vt Valesij, hospites suos castratos etiam ad Episcopatum promouebant, vt Nicolaitæ nuptias sacerdotibus concedebant, vt Donatistæ iactabant esse in sola Gręcia Orthodoxam Ecclesiam, vt Seueriani dicebant maledictam esse legem Moysi, vt Pneumatomachi professionem spiritus sancti abscidebant à symbolo, vt Nazareni Iudaismum obseruabant, paruulos morientes prohibebant baptizari ante octauum natiuitatis diem, mulieres in partu vel menstruo periclitãtes, communicari: vel si paganæ essent, prohibebant baptizari. Latinos in nomine sanctę trinitatis baptizatos rebaptizabant, & ipsi sacrificantes de

An. D. 1054 Trith.

ferm ẽto vocabãt Latinos azymitas, & claudentes eorum Ecclesias, eos persequebãtur. Tot & tantas hæreses volẽs Leo Papa extirpare de Græcia, scripsit etiam ad Michaëlem Patriarchã Constantinopolitanum, eum super his omnibus arguens, & præter cætera quod se vniuersalem Patriarcham appellaret, & Ecclesiam Constantinopolitanam præponeret Ecclesiæ Romanæ, eamque in filijs suis anathematizaret. Super his scripsit etiam ad omnes primates Episcopos Africæ, Numidiæ, AEgypti, Italię, Epistolas legentibus vtiles. Scripsit super his etiam ad Græcos librum luculento sermone Euangelicis, & canonicis testimonijs destruens eorum errores, & Catholicę Ecclesiæ fidem astruens. At si quis attendat cantus in honore sanctorum ab eo compositos, eum Primo Gregorio Papæ merito comparabit.

Caput cli.

An.D.1050 Trith. HVmbertus Monachus Tullensis à Leone Papa propter scientiam literarum Romam traductus, & Cardinalis

dinalis Episcopus ordinatus Romæ, missus ab eodem Papa Constantinopolim propter confutandas Græcorũ hæreses, confutauit scripta Leonis Arridani Bulgarũ Achiepiscopi. Confutauit etiam scripta Nicetæ Pectorati, eumque in præsentia Imperatoris Constantini adeo deuicit, vt ipse Niceta librum suum anathematizaret, & eum manu sua igni inijceret. Et quicquid ibi dixit aut fecit, quasi per dialogum sub persona Romani & Constantinopolitani scripsit.

Caput clij.

PAulus, quo interprete vsi sunt Cõstantinopoli legati Romanæ Ecclesiæ, transtulit de Latino in Græcum cooperante sibi filio suo Smaragdo, omnia quę Humbertus Episcopus disputauit ibi aut scripsit: quæ omnia iubente Constantino Monacho Imperatore, reposita sunt in Archiuò Constantinopolitanæ Ecclesiæ. An.D.1050 Trith.

Caput cliij.

ANselmus Remensis Monachus scripsit itinerarium noni Leonis An.D.1050 Trith.

Papæ

Papæ à Roma in Gallias ob hoc maximè vt notificaret, quanta auctoritate Remis, vel in alijs vrbibus Synodum celebrauit, quanta subtilitate & iustitia examinauit causas Ecclesiasticas, qua discretione peccantes correxerit, quomodo ei virtus Dei cooperata sit, quod satis patuit in vna causa Remensis Synodi, vbi dum Episcopus Frisigensis, contumaciter ageret contra Apostolicam auctoritatem, repente in oculis omnium obmutuit.

Caput cliiij.

An. Dom. 1040. Trith.

ALmannus Grammaticus ex clerico Leodiensi, Episcopus Brixiensis, scripsit ad Berengarium Turonensem clericum Epistolam, arguens eum quod se diuulserit ab vnitate Catholicę Ecclesię, dogmatizando & verbis & scriptis, quod corpus & sanguis Christi, quod quotidie in vniuersa terra in altari immolatur, non sit verum corpus Christi, nec verus sanguis Christi, sed figura & similitudo corporis & sanguinis Christi: Scripsit super eadem re Epistolam, ad Paulum Metensem primiceri-

primicerium, monens eum, vti & ipse Berengarium communem amicum suum reuocaret ab hac praua intentione.

ANNOTATIONES.

Hunc Trithemius Adelmannum vocat.

Caput clv.

Berengarius Turonensis, liberaliũ artium, & amplius Dialecticæ peritia insignis, scripsit fastuoso stylo cõtra Almannum Grammaticũ & Episcopũm, non agnoscens amici corrigentis beneuolentiam, sed defendens suam de mysterijs Christi sententiam. Et quia multi ad eum vel contra eum super hac re scripserunt, scripsit & ipse ad vel contra eos, & dum Dialecticis sophismatibus, contra simplicitatem Apostolicæ fidei abutitur, nec se excusare, nec alios ædificare videtur, quia magis interpolat clara, quam dilucidat obscura. An.D.1050 Trith.

ANNOTATIONES.

Almannum Grammaticum: quædam exemplaria habent Dialecticum, sed male: supra enim hic Grammaticus vocatur:

Caput

Caput clvi.

An. Dom. 1060. Trith.

LAnfrancus Dialecticus & Cantuariensis Archiepiscopus, Paulum Apostolum exposuit, & vbicunque oportunitas locorum occurrit, secundum leges Dialecticæ proponit, assumit, concludit. Scripsit laudes, triumphos, & res gestas Guilelmi Nortmannorum comitis, qui regnum Anglorum primus inuasit. Scripsit inuectiuas contra Berengarium Turonensem, epistolas, refellens scripta eius de corpore & sanguine Christi Iesu. Qui Berengarius à Nicolao Papa Romæ in Concilio nonaginta triũ Episcoporum adeo conuictus, vt ipse suis manibus ignem accenderit, & scripta sua cõbusserit, iurans se non amplius talia dicturum, non docturum, non scripturum. Quia tamen neglecto iuramento postea scripsit contra præfatam Synodum, contra Catholicam veritatem, contra omnium Ecclesiarum opinionem, & nominatim contra Humbertum Cardinalem Romæ Episcopum, Lanfrancus ad ea rescripsit

ſit,& poſito alternatim ſuo & Berengarij nomine, alterutras ſententias diſtinxit.

Caput clvii.

BErno Abbas Angien. in humana & diuina ſcientia claruit. Prętereo ea quæ de humana ſcientia ſcripſit, in quibus eminet, hoc quod in arte muſica præpollens de regulis ſymphoniarum & tonorum ſcripſit, & quod in menſurando monachordo vltra regulam Boëtij, ſed aſſenſu minoris Boëthio Guidonis ſuppoſuit vnum tonum retracordohypaton, & contra vſum maiorũ in ipſo tetracordo ypaton inſeruit vtiliter Synemmenon: ſed non pręteribo quod ſcripſit, De ieiunijs quatuor temporũ, de quib⁹ celebrandis eſt inter multos diſſonantia. Dum alij ſecundum conſiderationem temporum, ad ieiunium quartę & ſextæ feriæ accipiunt dies Februarij, vel Maij, vel Septembris, & Sabbatho in Calend. proueniente terminant ieiunium. Alij vero ſine conſideratione temporum non ieiunant, niſi quarta An. Dom. 1020. Trith.

&

& ſexta feria ieiunij, cum ipſo Sabbatho in Martio, vel Iunio, vel Octobre proueniant, & talem ieiunandi ritum auctorizant multi & maximè Teuthones his Bernonis ſcriptis.

Caput clviii.

An. D. 1050 Trith.

ARnulphus Monachus excipiens de Prouerbijs Salomonis conuenientiores ſentētias, & literam & allegoriam metrico lepore ſcripſit & digeſſit.

Caput clix.

MArbodus Redenen. Epiſcopus, cantica canticorum ad integrũ expoſuit metrico lepore, & literam & allegoriam exornans. Scripſit meretrice paſſionem Sancti Laurentij. Scripſit metrice paſſionem Thebæorum, quaſi pedibus vadens in ſententiam Eucherij Lugdunen. Epiſcopi, qui eam vrbana proſa ſcripſerat ad Syluium Epiſcopum.

Caput clx.

An. Dom. 1080. Trith.

MArianus Scottus peregrinans pro Chriſto in Gallias, & factus Monachus

Monachus apud Moguntiam, multis annis inclusus, scripsit Chronicam, à Natiuitate Christi vsque ad annum nati Christi millesimum octogesimũ secundũ, mira subtilitate ostẽdens errorem priorum Chronographorum; ita ponentium Natiuitatem Christi, vt annus passionis eius, quantum ad rationem computi, nõ concordet veritati Euangelicæ. Vnde ipse apponens XXIII. annos, illi anno vbi priores scribunt fuisse natum Christum, ponit in margine paginæ, alternatim hinc annos Euangelicæ veritatis, illinc annos falsæ priorum computationis, vt non solum intellectu, sed etiam visu possit discerni veritas & falsitas.

Caput clxi.

HVenrichus ex Scolastico Treuerensi Episcopus Vercellensis: Scripsit librum sub persona Theodorici Virdunensis Episcopi, ad Hildebrandum siue Gregorium Papam; de discordia Regni & sacerdotij; non eum increpans, sed vt seniorem obsecrans & patrem, & amicabili inductione; An. Dom. 1080. Trith.

quasi affectu dolentis suggerẽs ei omnia quæ contra ius legum, & fas Religionis eum fecisse & dixisse diuulgabat loquax fama.

ANNOTATIONES.

M.s. codex Viridis Vallis, habebat Huenrichus, & in margine adnotatũ G quasi, Guenrichus: codex Martinianus habet Vuenrichus, Trithemius Vuenericum vocat: codex Gembl. habet Guenricus: vt & Afflig.

An.D.1080 Trith.

Caput clxij.

ANselmus Lucensis Episcopus, vir literarum scientia clarus, scripsit super Hieremiam Prophetam, fecit tractatus super Psalmos. Ipse indefessus cooperator Papæ Gregorij, scripsit pro eo contra Guibertum superordinatum ei ab Henrico Imperatore. doctrinam Gregorij nonilibro, testimonijs scripturarum deflorato, confirmauit.

Caput clxiii.

An.D.1050 Trith.

PEtrus Damiani Romanę Ecclesię, septimus Leuita, scripsit vitam Odilionis quarti Cluniacensium Abba-

tis

tis. Inueniuntur etiam homeliæ ab eo luculento sermone conscriptæ.

Caput clxiiii.

ANselmus Clericus Legien. scripsit gesta Pontificum Legiensium, & in eo libro vitam Guatonis Episcopi veraciter sibi notam plene descripsit. An.D.1056 Trith.

Caput clxv.

FRanco Scholasticus Leodiensis, religione & vtraque literarum scientia nominatus, quantum valuerit scribendo notificauit posteris. Amatores scientiæ secularis taxent eius scientiam ex libro, quem scripsit ad Hermannum Coloniæ Archiepiscopum, de quadratura circuli, de qua Aristoteles ait: Quadratura circuli si est scibile, scientia quidem nondum est, illud vero scibile. Conferant vel etiam præferant eum seculares Philosophis, nos laudamus eum, quia diuinæ scripturæ inuigilauit, & plura scripsit, de ratione computi librum vnum, & alia quæ ab alijs habentur. An.D.1050 Trith.

ANNOTATIONES.

Scholasticus Leodiensis, annotandum duxi Gembl. m. s. cod. antiquũ vbique constanter scribere Leodicensis, non autem Leodiensis: sic etiam cod. Afflig.

Caput clxvi.

An. D. 1070 Trith. BErnardus Monach⁹ de gente Saxonum, scripsit luculento quidem, sed amaro stylo, ad Harduinũ Magdeburgensem Archiepiscopum librum, contra Henricum quartum huius nominis Imperatorem, cuius solius verba sufficiunt omnibus ad intelligendum, quàm grauis & odiosus fuerit ipse Imperator Saxonibus.

Caput clxvii.

An. D. 110. Trith. GVnterus Monachus Sancti Amandi, scripsit Martyrium Sancti Cyriaci metrico stylo.

Caput clxviij.

An. D. 1090 Trith. IVO Carnotensis Episcopus, scripsit ad Hugonem Lugdunensem Archiepiscopum & Apostolicæ Ecclesiæ Legatum, epistolam non multum prolixam, sed multum Canonicis & Catholi-

tholicis testimonijs, auctorizatam, pro dissidio regni & sacerdotij & pro inusitatis Ecclesiæ Romanæ decretis. Scripsit & ad diuersos amicos vtiles valde Epistolas, composuit etiam insigne volumen canonum.

Caput clxix.

ANselmus Cantuariorum Archiepiscopus, scripsit librum de spiritu Sancto aduersus quosdam Græcos, negantes spiritum Sanctum esse æqualem Patri & Filio. Scripsit & librum quem intitulauit, Cur Deus homo, & alium de meditanda Diuinitatis essentia, quem intitulauit Monologium. Alium similiter de eadem materia, quem intitulauit Proslogion, in quorum primo, exemplum meditandi de ratione fidei, in secundo, fides intellectum quærens dinoscitur. alium de incarnatione verbi, ad Vrbanum Papam, alium de peccato Originali, & conceptu virginali, alium de veritate, alium de libero arbitrio, alium de casu diaboli, alium alijs quantitate minorem, de pane sacrificij, contra Græ- An.d. 1080 Trith.

cos. Scripsit & volumen grandiusculũ meditationum vel orationum, alium introducendis ad Dialecticam admodum vtilem, cuius initium est, de Grãmatica, &c. Qui eius noticia vel præsentia vsi sunt, eum etiam alia plura scripsisse dicunt.

Caput clxx.

BErnardus Vltraiectensis, clericus super eglogas Theodoli, commẽtatus, diuinas historias & seculares fabulas allegorica expositione dilucidauit.

ANNOTATIONES.

Vltraiectensis: codex Gembl. habet Vultraiectensis sic etiam cod. Afflig.

Caput clxxi.

An. D. 1100 Trith. THeodericus Monachus & Abbas Sancti Trudonis, vitas sanctorũ Bauonis, Trudonis & Rumoldi vrbaniori stylo meliorauit, & eleganti ingenio multa breuiter quidem sed laudabiliter metricè scripsit.

Caput

Caput clxxij.

SIgebertus Gemblacensis Monachus multa scripsi, opuscula Metis positus in prima ætate in Ecclesia Sancti Vincentij, ad instruendos pueros: scripsi vitam Theoderici Episcopi cõditoris ipsius Ecclesiæ & Abbatiæ, in qua etiam per digressionem laudem ipsius Vrbis heroico metro declamaui. Scripsi passionem sanctæ Luciæ, quæ ibi requiescit Alchaico metro. Quibusdam etiam repræhendentibus illam Sanctæ Luciæ prophetiam, Annuntio vobis pacem Ecclesiæ Dei datã, Diocletiano eiecto de regno suo, & Maximiano hodie mortuo, respõdi, diligenter considerata temporum ratione, & rerum veritate. Scripsi nihilominus sermonem, in laudem ipsius virginis, in quo translationes ipsius à Sicilia in Corphinum ciuitatem Italiæ, & à Corphino in Metim vrbem Galliæ ordinata temporum consequentia digessi. Scripsi vitam Sigeberti Regis conditoris Ecclesiæ, & Abbatiæ Sancti Martini, An. D. 1110 Trith.

extraCiuitatem Meten. sitæ. Regressus ad Monasterium Gemblacense, scripsi passionem Thebæorum patronorum nostrorum heroico carmine. Scripsi vitam Sancti Guiberti Confessoris, fundatoris Ecclesiæ nostræ Gemblacensis, de qua excerpsi lectiones competenti ordine in eius depositione: arte autem Musica Antiphonas, & Responsoria, de Sanctis Machario & Guiberto melificaui: Scripsi & gesta Abbatum Gemblacensium. Vitas Sanctorum Macloui & Theodardi vrbaniori stylo melioraui. Vitã quoq; Sancti Lamberti cũ in primis vrbanè meliorassem, postea rogatu Henrici Archidiaconi, & Decani Ecclesiæ Sãcti Lamberti, defloraui comparationibus antiquorum, iuxta consequentiã rerum. Quamuis priorem vtpote simplicem quidam magis amplectãtur, & curiosius transscribant, est enim sensu apertior & verbis clarior. Rogatu etiã prædicti viri, validis Patrum argumentis respondi Epistolæ Hildebrandi Papæ, quam scripsit ad Hermannum Metensem Episcopum, in potestatis
Regiæ

Regiæ calumniam. Scripsi ad ipsum Henricum Apologiam, contra eos qui calumniantur Missas coniugatorum sacerdotum. Ipso etiam rogante respondi Epistolæ Paschalis Papæ, qui Leodiensem Ecclesiam æque, vt Cameracensem à Roberto Flandrensiū, comite iubebat perditum iri. Nihilominus ipso poscente respondi Treuerensibus, de ieiunio quatuor temporum, qui regulas cuiusdam Bernonis, secundum allegoriam, vt sibi videtur, bene concinnatas, obseruant, & à consuetudine Leodiensium discordant. Descripsi heroico metro Ecclesiasten, quem opere stromateo tripliciter digessi, ad literam, allegoricè, mythologicè. Imitatus Eusebium Pamphili, qui primus apud Græcos Chronica à tempore Abrahæ digessit, ipse quoque à loco intermissionis eius, vsque ad annum M. C. XI. omnem consequentiam temporum, & rerum gestarum quanta potui styli temperantia ordinaui. Cum diligenter Bedam de temporibus relegerē, & ab eo notam ironiæ Dionysio cyclorum scriptori in-

fligi viderem, quia male diſpoſitis, annis Dominicæ Paſſionis, in terminis Paſchalibus contraire per omnia videretur Euangelio Ioannis, dignum mihi viſum eſt altius repetendo, omnem dimouere nubem erroris, & verum diligentibus infundere lumen veritatis. Siquidem Marianus Scotus, vir ſuo æuo longe diſertus, hoc idem ingreſſus erat, & Chronicam ſuam texens à Natiuitate Chriſti, vſque ad ſtatum ſui temporis. Hinc annos Chriſti, iuxta fidem Euangelij, inde è regione iuxta Dionyſium ordinauerat, vt diligentiæ lectoris pateret, quantum ipſe Dionyſius à veritate Euangelij deuiaret. Ego autem conſiderans fautores Dionyſij ſemel imbibita non leuiter deſcire, ita cautelam ingenioli mei æqua lance librani, vt medius horum incedens omnes annos ab origine mundi decurſos, vel in futurum decurſuros inſcripta ratione iuxta Hebraicam veritatem colligerem: ſcilicet per cyclos Lunares, qui nouendecim annis, & per cyclos ſolares qui

XXVIII.

XXVIII. annis clauduntur, & per alterum multiplicati magnum cyclum quingentorum triginta duorum annorum conficiunt: lineatim distinctis hinc inde annis Adæ, epactis concurrentibus terminis Paschalibus, diebus Dominicis Paschæ, eadem via incedens, qua Dionysius, sed non eisdem vestigijs. Quod diligens lector facile inueniet, si curiosus fuerit. Et quia decem magnis cyclis, qui singuli quingentis XXXII. annis constant, opus omne distinxi, ipsum librum hoc titulo prænotaui, vt decennalis vocetur. Prologum etiam in morem Dialogi antepoſui, quem tribus thomellis diuisi, indicans sub persona interrogantis & respondentis intentionem, & vtilitatem ipsius operis, & ad quam partem Philosophiæ pertineat, scilicet ad Physicam. Subiunxi etiam vtiles regulas inueniendi annos, & terminos, & indictiones secundum dispositiones ipsius. Imitatus etiam Hieronymum,

& Gennadium, scripsi vltimum hunc libellum de Illustribus viris, quantum notitia meæ inuestigationis exquirere potui.

ANNOTATIONES.

Responsoria de Sanctis Macario & Guiberto, Gembl. m. s. cód. habet pro Macario Maclouo: vitam S. Lamberti: Gembl. m. s. cod. habet vbique constanter Lantberti: sic etiam vtrobique codex Afflig.

FINIS SIGEBERTI.

PROLOGVS IN LIBRVM SEQVENTEM, DE VIRIS ILLVSTRIBVS,

Authore Henrico de Gandauo.

Catalogum virorum illustrium, à Beato Hieronymo inchoatum, & post à Domino Sigeberto Gemblacensi Monacho, vsque ad sui aui tempora diligenter perductum, ad hoc nostrum tempus vltra extendere quantum de huiusmodi ad meam notitiam potuit perueni- re

re aggressus sum, licet minus sufficiens rei tantæ: ne causentur posteri mirum fuisse, quod ad hoc nullius intenderit diligentia, cum scriptorum dignorum memoria post Dominum Sigebertum à tempore, quo ipse cessauit scribere, sit copia subsecuta.

Caput primum.



VLBERTVS Carnotensis Episcopus liberalium artium suo tempore peritissimus, vir religiosus & erga beatã virginem deuotissimus, scripsit sermonem ad Natiuitatem beatæ virginis pertinentem, limato dictamine, qui sic incipit: Approbatæ consuetudinis. Respondit etiam cauillationibus Iudæorum, dicentium hanc prophetiam, non auferetur sceptrum de Iuda &c. in Christo non fuisse impletam diligenter scripturarum auctoritatibus, & rationibus confutans Iudæorum peruicaciam. Anno Domini 1010 Trith.

ANNOTATIONES.

Hunc authorem Anonymus scriptor inco d. m. Mart. Vlpertum, cod. Vrid. Vallis Fulbertū Trithemius Fulpertum vocat.

Caput secundum.

An. Dom. 1050. Trith.

BErnardus Monachus Cluniacensis, scripsit ad venerabilem patrem Dominum Hugonem Abbatem Cluniacensem, consuetudines Cluniacensis Monasterij, opus satis vtile Monachis nigri ordinis studiosis.

Caput tertium.

RAinaldus Abbas Viceliacensis, scripsit compendiose vitam Domini Hugonis Cluniacensis Abbatis.

Caput quartum.

An. Dom. 1050. Trith.

ODO Cameracensis Episcopus, scripsit Homeliam pulchram in Euangelium secundum Lucam, Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Exposuit etiam canonem missæ, scilicet, Te igitur. Scripsit etiā ad Vulbodonem Monachum Afflige-niēsem, disputationem quam habuerat cum quodam Iudæo de mysterio incar-

incarnationis Dominicæ, ſub Dialogo, annotatis prima ſui nominis, & prima Iudæi ſecum diſputantis literis.

Caput quintum.

An. D. 1080 Trith.

ANſelmus Secularium literarum peritia inſignis, & pręcipue Dialecticæ, religione venerabilis, ex Abbate Monaſterij Becçenſis, Archiepiſcopus Cantuarienſis, diſputator reuera ſubtilis, ſcripſit cum adhuc eſſet Prior Beccenſis duos libros, quos vocauit Monologiũ & Proſologion, multo plus rationibus quàm ſcripturarũ autoritatibus vtens. Scripſit & alium ſub Dialogo diſcipuli opponentis & magiſtri reſpondentis de diffinitione veritatis. Scripſit & alium de diffinitione iuſtitiæ & liberi arbitrij, item & alium de caſu diaboli. Scripſit etiam duos libros, quos prætitulauit, Cur Deus homo, ſub Dialogo Boſonis opponentis, & Anſelmi reſpondentis. Scripſit & alium de peccato

peccati originali. Adhuc alium de processione Spiritus sancti cōtra Græcos. Scripsit & de tribus quæstionibus, de libero arbitrio, de prescïētia, de præ destinatione; ostendens quomodo ista tria inter se conueniant. Scripsit etiam de pane sacrificij cōtra Græcos. Scripsit etiam meditationes de passione Domini, de Beata Virgine, & multis alijs Sanctis, ad commouendos, ad deuotionem animos efficaces. Dicitur & alius eius liber, de similitudinib. de quo tamen mentionem non fecit scriptor vitæ eius. Scripsit etiam Epistolam ad Vrbanum Papam, de incarnatione Domini, contra errorē Ruzcelmi de compendio.

Caput sextum.

An. Dom. 1090. Trith. GIslebertus Præpositus Vvestmonasteriensis, scripsit ad Anselmū Archiepiscopum Cantuariensem, disputationem quam habuit cum quodam Iudæo.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Giselbertum.

Caput

Caput ſeptimum.

EMondus Monachus Cantuarienſis, ſcripſit vitam Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi. Item ſcripſit alium librum, de diſcordia inter Vvilhelmum Anglorum Regem & eundẽ Anſelmum Archiepiſcopum. An. Dom. 1020. Trith.

Caput octauum.

HIldebertus ex Cenomanẽſi Epiſcopo Archiepiſcopus Turonenſis, qui claruit tã proſa, quam metro, ſcripſit, eleganti metro vitam Mariæ Aegyptiacæ. Expoſuit etiam metrice totum Miſſæ ordinem. Scripſit etiam diuerſas ad diuerſos Epiſtolas, verborum venuſtate egregias, ſententijs vtiles, & ſententiarum coloribus adornata. An. Dom. 1090. Trith.

Caput nonum.

BErnardus ex Monacho Ciſtercienſe Abbas, & fundator Monaſterij Clareuallenſis, talis ac tantus in religioſa conuerſatione, & in doctrina fuit, vt minus ad eius laudem ſit quicquid ab homine dici poteſt. diſ- An. Dom. 1040. Trith.

putator ſubtilis, & orator vehemens, ad quamcumque materiam vertit ingenium, verba habuit apta negocio quod contenderat perſuadendo. huius opuſculorum indiculum texere, ſuperuacuum puto, cum in tantum vulgata ſint, vt ea neſcire non poſſit, qui aliud ſcire poteſt.

Caput decimum.

An.D.1140 Trith. VVilhelmus ex Abbate Sancti Theoderici Monachus Clareuallenſis, adhuc Abbas ſcripſit Epiſtolam ad Fratres de monte Dei, ordinis Carthuſienſis, ipſius ordinis ſectatorib⁹ valde vtilem. Incepit etiam ſcribere vitam Beati Bernardi, & vno libro ſcripto, morte præuentus & ipſum opus conſummare non potuit.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc ſicut alios omnes eiuſdem nominis: Guilhelmum nominat.

Caput xi.

ERnaldus Abbas Bonęuallis, vitam Sancti Bernardi in quatuor libris, præter illum quē Abbas Sancti Theodorici Vvilhelmus ſcripſerat, explicauit,

uit, multa hinc inde tangens, quā ipſi pertinere videbantur ad materiam quam ſcribebat. Commentatus eſt etiam ſuper quinque vel ſex vltimis, verbis Domini in Cruce, multipliciter ac ſubtiliter inde diſputans.

ANNOTATIONES.

Trith. hunc Arnoldum vocat.

Caput xii.

GIſlebert⁹ Abbas ordinis Ciſtercienſis, imitatus Beatum Bernardū in quantum potuit ſermones compoſuit in quibuſdam capitulis Cantici cāticorum, ab iſto ſcilicet loco, In lectulo meo pernoctes &c. ſubtiles quidem, & valde ſpirituales, ſed reuera Beati Bernardi eloquentiæ & ſenſibus impares. An. D. 1260 Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Gilbertum.

Caput xiij.

ADilred⁹ & ipſe Abbas ordinis Ciſtercien. ſcripſit opuſculū quoddam quod prætitulauit ſpeculū charitatis, magnæ vtilitatis viris religioſis, & ſententijs ſpiritualib⁹ valde refertū. Scripſit etiā homeliam deuotiſſimam An. D. 1160 Trith.

in Euangelio secundum Lucam, Cum esset Iesus annorum duodecim.

Caput xiiij.

An. Dom. 1190. Trith. MAuriti⁹ Episcopus Parisiensis, in eadē ciuitate Theologicæ scholæ Rector, scripsit sermones per totū annum, tam de Dominicis quam de festiuitatibus simplices, & ad declamandum populo habiles. Exhortationes etiam scripsit breuiter, præsbyteris ad curam animarum fideliter administrandam.

Caput xv.

An. Dom. 1200. Trith. PEtrus Cantor Parisiensis, & ipse etiam Theologicæ scholæ Rector scripsit librum qui à sui principio, verbum abbreuiatum nominatur, magna vtilitate plenum. Scripsit etiam alium librum, quem vocauit Grammatica Theologorum, ad intellectum sacræ Scripturæ in multis locis satis vtilem.

Caput xvi.

Anno Domini 1140 Trith. PEtrus dictus Abailardus, dialecticę peritiæ, immo omnium liberalium

lium artiũ insignis, Theologicæ scholæ Rector, scripsit librum, quem vocauit Theologiam suam, & aliũ quem appellauit, Scito te ipsum, & quædam alia, sed à Beato Bernardo Clareuallensi Abbate hæretica aliqua, in scriptis suis sensisse, conuictus est in Concilio Senonensi.

Caput xvii.

GIlebertus cognomento Porreta, ex magistro Theologicæ scholæ Parisijs, Pictauensis Episcopus, scripsit in Apostolum & in Psalmos. Commentatus est etiã in Boëthium de Trinitate, sed à Bernardo hæreseos notatus in Concilio Remensi, coram Eugenio Papa conuictus est. An. Dom. 1140. Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Gilbertum.

Caput xviij.

IOannes Beleth, & ipse Theologicæ scholæ Rector Parisijs, scripsit summam de diuinis officijs, de personis, de temporibus, & multis alijs rebus lectori vtilia continentem.

Caput xix.

VValterus Insulis oppido Flandriç oriundus, Magalonensis Episcopus, exposuit Psalterium limato sermone ad petitionem præpositi & clericorum Insulensis Ecclesiæ.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc Galterum vocat: sicut & sequentem quoque.

Caput xx.

VValterus dictus de Castellione Insulis oriundus, vnde est eius illud monostichum, Insula me genuit, rapuit Castellio nomen. scripsit gesta Alexandri Magni eleganti metro. Qui liber in scholis Grammaticorum tantæ dignitatis est hodie, vt præ ipso veterum Poëtarum lectio negligatur.

Caput xxi.

An. Dom. 1200. Trith. | ALanus Insulis oriundus, liberalium artium peritus Parisijs Ecclesiasticæ scholæ præfuit, & ingenij sui monimenta relinquens, scripsit summam ad prædicationis officium vtilem. Et quia metro multum claruit,

scripsit

ſcripſit metrice Poëticen, excogitata materia de viro optimo,& in omnibus perfectiſſimo, quem librum vocauit Anticlaudianum. Scripſit & alium partim metro, partim proſa, quē vocauit, planctus naturæ. Scripſit & alium de naturis quorundam animalium.

Caput xxij.

PEtrus quidam de Riga cognomine, Remenſis Eccleſiæ Clericus Heptateuchum duos libros Regum, Euangelia, etiam ſcripſit metrice, non ſolum Hiſtoricum ſenſum, ſed etiam allegoricum in quantum potuit breuiter exprimens.

Caput xxiij.

MAthæus oppido Vindocinenſi oriundus, ſcripſit metricè Thobiam, ad Bartholomæum Archiepiſcopum Turonenſem.

Caput xxiiij

SYmon Tornaci Oriundus, ex Dialectico ſubtiliſſimo, immo omnium liberalium artium fere ſui temporis peritiſſimo, Theologicæ etiam ſcholæ Pariſijs cathedram meruit aſcendere magiſtralem, in qua plurimos habuit auditores. Scripſit librum quem vocauit ſententiarum ſuarum. Scripſit etiam quęſtiones ſuas, quas in ſcholis ſuis diſputatas determinauit Pariſijs. Expoſuit etiam ſymbolum, quod dicitur Athanaſij ſubtiliter. Sed dum nimis & in hoc & in alijs ſcriptis ſuis Ariſtotelem ſequitur, à nonnullis modernis hæreſeos arguitur.

Caput xxv.

An. D. 1130 Trith. HVgo Clericus ſancti Victoris, prope Pariſios, vir religioſus & doctiſſimus, multa ſcripſit opuſcula. Expoſuit Hierarchiam Dionyſij ſubtiliſſime. Scripſit etiam librum quem vocauit, ſententiarum ſuarum. Scripſit de Sacramentis veteris, & nouæ legis Codices duos, multarum partium & capitulorum ſingulos. Scripſit & alios

alios libros de spirituali ædificio, de sci'entia, de vanitate & Archa Noë. Exposuit trifariè lamentationes Hieremiæ. Exposuit Canticum beatæ Virginis. Respondit cuidam, beatę Virgini Mariæ, cum derogatione obloquenti, & calumnianti, quod virgo virginum diceretur. Exposuit multos versus, de Psalmis compendiose, Scripsit & alium librum, quem vocauit Didascalicon.

Caput xxvi.

RIchardus & ipse Clericus Sancti Victoris, prope Parisios, vir religiosus, multa scripsit opuscula, religiosis & spiritualibus conuenientia. Scripsit de duodecim Patriarchis sumpto themate ab hoc versu Psalmi, Bēianim adolescentulus in mentis excessu, docens quasi expertus qualiter ad cōtemplationis gratiam possit ascendere contemplatiuę vitæ quilibet studiosus. Scripsit & alios sex libros, de contemplatione sumpto themate ab hoc versu, Surge Domine in requiem tnam, tu & Archa sanctificationis tuę, An. D. 1140 Trith.

ANNOTATIONES.

Hunc authorem Anonymus scriptor inco d. m. Mart. Vlpertum, cod. Virid. Vallis Fulbertũ Trithemius Fulpertum vocat.

Caput secundum.

An. Dom. 1050. Trith. BErnardus Monachus Cluniacensis, scripsit ad venerabilem patrem Dominum Hugonem Abbatem Cluniacensem, consuetudines Cluniacensis Monasterij, opus satis vtile Monachis nigri ordinis studiosis.

Caput tertium.

RAinaldus Abbas Viceliacensis, scripsit compendiose vitam Domini Hugonis Cluniacensis Abbatis.

Caput quartum.

An. Dom. 1050. Trith. ODO Cameracensis Episcopus, scripsit Homeliam pulchram in Euangelium secundum Lucam, Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Exposuit etiam canonem missæ, scilicet, Te igitur. Scripsit etiã ad Vulbodonem Monachum Afflige-niẽsem, disputationem quam habuerat cum quodam Iudæo de mysterio incar-

incarnationis Dominicæ, sub Dialogo, annotatis prima sui nominis, & prima Iudæi secum disputantis literis.

Caput quintum.

An.D.1080 Trith.

ANselmus Secularium literarum peritia insignis, & præcipue Dialecticæ, religione venerabilis, ex Abbate Monasterij Beccensis, Archiepiscopus Cantuariensis, disputator reuera subtilis, scripsit cum adhuc esset Prior Beccensis duos libros, quos vocauit Monologiũ & Prosologion, multo plus rationibus quàm scripturarũ autoritatibus vtens. Scripsit & alium sub Dialogo discipuli opponentis & magistri respondentis de diffinitione veritatis. Scripsit & alium de diffinitione iustitiæ & liberi arbitrij, item & alium de casu diaboli. Scripsit etiam duos libros, quos prætitulauit, Cur Deus homo, sub Dialogo Bosonis opponentis, & Anselmi respondentis. Scripsit & alium de

peccato

peccati originali. Adhuc alium de processione Spiritus sancti cõtra Græcos. Scripsit & de tribus quæstionibus, de libero arbitrio, de prescietia, de prædestinatione; ostendens quomodo ista tria inter se conueniant. Scripsit etiam de pane sacrificij cõtra Græcos. Scripsit etiam meditationes de passione Domini, de Beata Virgine, & multis alijs Sanctis, ad commouendos, ad deuotionem animos efficaces. Dicitur & alius eius liber, de similitudinib. de quo tamen mentionem non fecit scriptor vitæ eius. Scripsit etiam Epistolam ad Vrbanum Papam, de incarnatione Domini, contra errorẽ Ruzcelmi de compendio.

Caput sextum.

An. Dom. 1090. Trith.

GIslebertus Præpositus Vvestmonasteriensis, scripsit ad Anselmũ Archiepiscopum Cantuariensem, disputationem quam habuit cum quodam Iudæo.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Giselbertum.

Caput

Caput septimum.

EMondus Monachus Cantuariensis, scripsit vitam Anselmi Cantuariensis Archiepiscopi. Item scripsit alium librum, de discordia inter Vuilhelmum Anglorum Regem & eundẽ Anselmum Archiepiscopum. An. Dom. 1020. Trith.

Caput octauum.

HIldebertus ex Cenomanẽsi Episcopo Archiepiscopus Turonensis, qui claruit tã prosa, quam metro, scripsit, eleganti metro vitam Mariæ Aegyptiacæ. Exposuit etiam metrice totum Missæ ordinem. Scripsit etiam diuersas ad diuersos Epistolas, verborum venustate egregias, sententijs vtiles, & sententiarum coloribus adornata. An. Dom. 1090. Trith.

Caput nonum.

BErnardus ex Monacho Cistercíense Abbas, & fundator Monasterij Clareuallensis, talis ac tantus in religiosa conuersatione, & in doctrina fuit, vt minus ad eius laudem sit quicquid ab homine dici potest. dis- An. Dom. 1040. Trith.

 putator

putator ſubtilis, & orator vehemens, ad quamcumque materiam vertit ingenium, verba habuit apta negocio quod contenderat perſuadendo. huius opuſculorum indiculum texere, ſuperuacuum puto, cum in tantum vulgata ſint, vt ea neſcire non poſſit, qui aliud ſcire poteſt.

Caput decimum.

An.D.1140 Trith.

VVilhelmus ex Abbate Sancti Theoderici Monachus Clareuallenſis, adhuc Abbas ſcripſit Epiſtolam ad Fratres de monte Dei, ordinis Carthuſienſis, ipſius ordinis ſectatorib9 valde vtilem. Incepit etiam ſcribere vitam Beati Bernardi, & vno libro ſcripto, morte præuentus & ipſum opus conſummare non potuit.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc ſicut alios omnes eiuſdem nominis: Guilhelmum nominat.

Caput xi.

ERnaldus Abbas Bonęuallis, vitam Sancti Bernardi in quatuor libris, præter illum quē Abbas Sancti Theodorici Vvilhelmus ſcripſerat, explicauit,

uit, multa hinc inde tangens, quã ipſi pertinere videbantur ad materiam quam ſcribebat. Commentatus eſt etiam ſuper quinque vel ſex vltimis, verbis Domini in Cruce, multiplicıter ac ſubtiliter inde diſputans.

ANNOTATIONES.

Trith. hunc Arnoldum vocat.

Caput xii.

GIſlebert⁹ Abbas ordinis Ciſtercienſis, imitatus Beatum Bernardũ in quantum potuit ſermones compoſuit in quibuſdam capitulis Cantici cãticorum, ab iſto ſcilicet loco, In lectulo meo pernoctes &c. ſubtiles quidem, & valde ſpirituales, ſed reuera Beati Bernardi eloquentiæ & ſenſibus impares. An. D. 1260 Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Gilbertum.

Caput xiij.

ADilred⁹ & ipſe Abbas ordinis Ciſtercien. ſcripſit opuſculũ quoddam quod prætitulauit ſpeculũ charitatis, magnæ vtilitatis viris religioſis, & ſententijs ſpiritualib⁹ valde refertũ. Scripſit etiã homeliam deuotiſſimam An. D. 1260 Trith.

in Euangelio secundum Lucam, Cum esset Iesus annorum duodecim.

Caput xiiij.

An. Dom. 1190. Trith. MAuriti⁹ Episcopus Parisiensis, in eadē ciuitate Theologicæ scholæ Rector, scripsit sermones per totū annum, tam de Dominicis quam de festiuitatibus simplices, & ad declamandum populo habiles. Exhortationes etiam scripsit breuiter, præsbyteris ad curam animarum fideliter administrandam.

Caput xv.

An. Dom. 1200. Trith. PEtrus Cantor Parisiensis, & ipse etiam Theologicæ scholæ Rector scripsit librum qui à sui principio, verbum abbreuiatum nominatur, magna vtilitate plenum. Scripsit etiam alium librum, quem vocauit Grammatica Theologorum, ad intellectum sacræ Scripturæ in multis locis satis vtilem.

Caput xvi.

Anno Domini 1140 Trith. PEtrus dictus Abailardus, dialecticę peritiæ, immo omnium liberalium

lium artiũ insignis, Theologicæ scholæ Rector, scripsit librum, quem vocauit Theologiam suam, & aliũ quem appellauit, Scito te ipsum, & quædam alia, sed à Beato Bernardo Clareuallensi Abbate hæretica aliqua, in scriptis suis sensisse, conuictus est in Concilio Senonensi.

Caput xvii.

GIlebertus cognomento Porreta, ex magistro Theologicæ scholæ Parisijs, Pictauensis Episcopus, scripsit in Apostolum & in Psalmos. Commentatus est etiã in Boëthium de Trinitate, sed à Bernardo hæreseos notatus in Concilio Remensi, coram Eugenio Papa conuictus est. An. Dom. 1140. Trith.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc vocat Gilbertum.

Caput xviij.

IOannes Beleth, & ipse Theologicæ scholæ Rector Parisijs, scripsit summam de diuinis officijs, de personis, de temporibus, & multis alijs rebus lectori vtilia continentem.

Caput xix.

VValterus Insulis oppido Flandriæ oriundus, Magalonensis Episcopus, exposuit Psalterium limato sermone ad petitionem præpositi & clericorum Insulensis Ecclesiæ.

ANNOTATIONES.

Trithemius hunc Galterum vocat: sicut & sequentem quoque.

Caput xx.

VValterus dictus de Castellione Insulis oriundus, vnde est eius illud monostichum, Insula me genuit, rapuit Castellio nomen. scripsit gesta Alexandri Magni eleganti metro. Qui liber in scholis Grammaticorum tantæ dignitatis est hodie, vt præ ipso veterum Poëtarum lectio negligatur.

Caput xxi.

An. Dom. 1200. Trith. ALanus Insulis oriundus, liberalium artium peritus Parisijs Ecclesiasticæ scholæ præfuit, & ingenij sui monimenta relinquens, scripsit summam ad prædicationis officium vtilem. Et quia metro multum claruit, scripsit

ſcripſit metrice Poëticen, excogitata materia de viro optimo,& in omnibus perfectiſſimo, quem librum vocauit Anticlaudianum. Scripſit & alium partim metro, partim proſa, quē vocauit,planctus naturæ. Scripſit & alium de naturis quorundam animalium.

Caput xxij.

PEtrus quidam de Riga cognomine, Remenſis Eccleſiæ Clericus Heptateuchum duos libros Regum, Euangelia,etiam ſcripſit metrice,non ſolum Hiſtoricum ſenſum, ſed etiam allegoricum in quantum potuit breuiter exprimens.

Caput xxiij.

MAthæus oppido Vindocinenſi oriundus,ſcripſit metricè Thobiam, ad Bartholomæum Archiepiſcopum Turonenſem.

alios libros de ſpirituali ædificio, de ſcientia, de vanitate & Archa Noë. Expoſuit trifariè lamentationes Hieremiæ. Expoſuit Canticum beatæ Virginis. Reſpondit cuidam, beatę Virgini Mariæ, cum derogatione obloquenti, & calumnianti, quod virgo virginum diceretur. Expoſuit multos verſus, de Pſalmis compendioſe, Scripſit & alium librum, quem vocauit Didaſcalicon.

Caput xxvi.

Richardus & ipſe Clericus Sancti Victoris, prope Pariſios, vir religioſus, multa ſcripſit opuſcula, religioſis & ſpiritualibus conuenientia. Scripſit de duodecim Patriarchis ſumpto themate ab hoc verſu Pſalmi, Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu, docens quaſi expertus qualiter ad cõtemplationis gratiam poſſit aſcendere contemplatiuę vitæ quilibet ſtudioſus. Scripſit & alios ſex libros, de contemplatione ſumpto themate ab hoc verſu, Surge Domine in requiem tuam, tu & Archa ſanctificationis tuę, An. D. 1140 Trith.

tam propriè & expreſſe proſequens vniuerſa, quaſi qui omnia legiſſet in libro experientiæ. Scripſit & aliud opuſculum, quod appellauit, de exterminatione mali, & promotione boni, ſumpto themate de illo verſu, Quid eſt tibi mare quod fugiſti, &c. Scripſit & de verbis Eſaiæ Prophetę, Omne caput languidum, egregium opuſculum, quod appellauit, de ſtatu hominis poſt lapſum. Scripſit & contra Iudæos & contra Iudaizantes noſtros, de hac Prophetia Eſaię: Ecce virgo concipiet. De myſtico ſomnio Nabuchodonoſor, ſicut legitur in Daniele Propheta. Scripſit & de conſideratione egregium librum: de Pſalmis, de verbis Eſaię & alijs ſcripturarum locis plurima diſſeruit, omnia moraliter & ſubtiliſſime, in contemplatiuam vitam dirigens ſemper intẽtionem diſputationis ſuæ. Scripſit & de Actibus Apoſtolorum, de lectione illa, Miſit Herodes Rex manus, moraliter exponens quid ſignificet captiuitas illa, & liberatio Apoſtolica. Scripſit & ſex libros de Trinitate, non ſcripturarum auctoritate,

tate, sed ratione procedens. In quo opere mirari potest cõmune humanũ ingenium, quòd eousque peruenire potuit vnius hominis ingenium.

Caput xxvij.

STephanus natione Anglicus, Parisijs liberalium artium scholis prę- An. D. 1200 fuit, inde Theologiæ scholæ Pręsidens, Trith. Theologiam celeberrime docuit. Totam scripturam primus medullitus & moraliter cœpit exponere in Pentateuchũ, & in regũ moralitates suas literis mandatas reliquit. Scripsit & in XII. Prophetas, ipsos moraliter & subtiliter secundum modum scholasticæ lectionis exponens.

Caput xxviij.

MAnegandus ingenij sui monimenta in expositione Psalmorum, & Epistolarum Pauli posteris reliquit.

ANNOTATIONES.

Manegundum appellat hunc codex m. s. Viridis Vallis.

Caput

Caput xxix.

Trith. PEtrus Abbas Cluniacensis, scripsit ad diuersos, diuersas Epistolas, sententijs vtiles, & verborum venustate placentes. Scripsit etiam visiones & reuelationes quibusdam suo tempore ostensas.

Caput xxx.

An. D. 1110 Trith. ANselmus secularium literarum & diuinarum valde peritus, & studiosus, ex scriptis sanctorum Patrũ excerpens congruas sententias, totũ vetus & nouum Testamentum interliniari & marginali glosa glossauit, op' valde vtile relinquens posteris doctrinæ Theologicæ studiosis.

Caput xxxi.

An. d. 1140 Trith. PEtrus Lombardus Theologicæ scholæ Parisijs Præsidens, scripsit quatuor libros sententiarum, opus magnum, & arduum: quo opere vsq; hodie vel maxime vtuntur studia Theologorum. Inueniuntur etiam sermones aliqui, de diuersis solennitatibus ab ipso scripti.

Caput xxxij.

PEtrus dictus manducator Trecis oriund⁹, studens vtilitati in Theologiá studentium, omnes Historias veteris ac noui Testamenti breuiauit in vnam Historiam, quam vocauit Scholasticam, quæ in duas partes diuiditur à quibusdam. Inueniuntur etiam sub eius nomine sermones plurimi satis morales, diuersis anni festiuitatibus deputati. An.D.1160 Trith.

ANNOTATIONES.

Hic apud Trithemium est Petrus Ecclesiæ Trecensis presbyter.

Caput xxxiij.

ALter quidam Petrus, vt quidam putant, ille de Corbelio Senonensis Archiepiscopus, totum Apostolum exposuit subtiliter & copiose, appositis sanctorum Patrum sententijs, locis singulis conuenientibus.

Caput xxxiiii.

ALexander huius nominis Papa tertius, epistolas Decretales sui temporis in vnum codicem redactas consul- An.D.1108 Trith.

etiam Historiam, quam vocauit Orientalem, in qua multa expressit de rebus ibi gestis, ex quo occidentales loca illa primo armis vendicare cœperunt. Exposuit etiam diligenter errorem illum, quem induxit genti Arabum perditus ille Mahamas, in quo errore infelix illa gens vsque hodie pertinaciter perseuerat.

Caput xxxviij.

IOannes dictus de Abbatis villa, ex magistro Theologiæ Parisijs Archiepiscopus Bisantinus, & inde Romæ Episcopus Cardinalis, scripsit sermones tam de Dominicis, quàm de festiuitatibus, lectiones Euangelicas & Apostolicas breuiter exposuit, post hæc apponens sermones valde prolixos, tot inductis scripturarum sanctarum testimonijs, quòd vix possint memoriæ commendari.

Caput

Caput xli.

PEtrus eiusdem ordinis Prouincialis Franciæ, scripsit sermones de Dominicis & festiuitatibus ferè per totum annum, quibus multi vtuntur vsque hodie.

Caput xlii.

VIncentius eiusdem ordinis dicitur scripsisse quoddam opus magni ingenij & laboris, quod prætitulauit Triplex speculũ, historiale, allegoricũ & morale, ipsum historiale non solũ per sanctarum scripturarum seriem, sed etiam per secularium historiarum ordinem vsque ad sua deducens tempora, multaque hincinde inserens studiosis lectoribus profutura. An. D. 1240 Trith.

Caput xliij.

ALbertus & ipse ordinis Prædicatorum Coloniensis, domus eiusdem ordinis lector, vir vndecumq; doctissimus multa & scripsisse fertur & scribere, sed primam partem Postillarum eius in Lucam, tamen fateor me vidisse. Et vt salua pace ei⁹ dictum An. D. 1280 Trith.

ſit,ſicut à quibuſdã dicitur,dum ſubtilitatẽ ſecularis Philoſophię nimis ſequitur , ſplendorem aliquantulum Theologicæ puritatis obnubilat.

Caput xliiij.

VVilhelmus de ſancto amore,oriundus ex Burgundia, ſcripſit librum inuectiuum,& ordines tam fratrũ Prędicatorum quam minorum, conatus oſtendere per ſcripturas, Eccleſiam tales ordines non debuiſſe admittere.Reclamantibus aũt prædictis fratribus tam verbis,quam ſcriptis cũ etiam eidem magiſtro Vvilhelmo plurimi cõſentirent, ex ſtudijs partiũ orta contentione,ad ſedem Apoſtolicam appellatum eſt. Sed Papa de conſilio fratrum damnato prædicto magiſtro Vvilhelmo,cum ſuo opuſculo prædictos ordines approbauit.

Caput xlv.

IAcobus ordinis Prædicatorum, dictus de Aquino contra prædicti magi-

magiſtri Vvilhelmi, de ſancto amore inuectiuum librum edidit opuſculũ ſubtiliſſimum, in quo eiuſdem Vvilhelmi errorem redarguit & confutat.

Caput xlvi.

ALexander natione Galenſis, liberalium literarum & ſacræ ſcripturæ peritiſſimus, qui etiam Pariſijs Theologicæ ſcholæ publice præfuit, ſcripſit quæſtiones in quatuor libros ſententiarum, ſubtiliſſime diſputans. Dicitur etiam multa diſſeruiſſe ſubtiliter de concordia iuris diuini & humani, & de multis rebus alijs, ſtudijs Theologiæ conuenientibus. Ignoſcat lector ſi vel de huius opuſculi vel quorundam aliorum non proprie exprimo continentiam, quia non ex propriæ lectionis experientia, ſed auditu tantum hic loquor. An. D. 1234 Trith.

ANNOTATIONES.

Alexandrum de Hales: hunc vocat Trithemius.

Caput xlvii.

An. d. 1283 Trith.

BOnauentura natione Italicus, & ipse ordinis Fratrum Minorum, qui etiam Parisijs Theologicæ scholæ præfuit, scripsit in quatuor libros sententiarum magistri Perri opusculum magnæ subtilitatis, quod sic incipit Flecto genua mea &c. Scripsit etiam aliud quod vocauit, Itinerarium mẽtis in Deum. scripsit & de decem præceptis. Respondit etiam breuiter calumnijs præfati magistri Vvilhelmi de sancto amore.

ANNOTATIONES.

Hic proprio nomine & cognomine dicitur, Eustachius Bonauentura, vt & apud Trithemium videre est.

Caput xlviij.

REmundus natione Prouincialis iuris peritissimus, generalis Prior ordinis Prędicatorum, scripsit Sũmã de casibus poenitentialibus, audientibus confessionem, valde necessariam, quæ modo tam vulgata est vt à nemine ignoretur. Ad mandatum etiam Domini Gregorij compilator fuit illius

lius codicis qui modo nouum ius appellatur.

Caput xlxix.

GRatianus Monachus Bononiæ, habitans codicem quem decreta vocant compilauit, ex sanctorum Patrum, scriptis Romanorum Pontificum Decretis, diuersorum Conciliorum statutis, legibus etiam secularibus non omissis: ipsum opus per causas quęstionesque distinguens, cui maxime vacant iuris Canonici studiosi. An.D.1120 Trith.

Caput l.

PHilippus Cancellarius Parisiensis, qui Theologicæ scholæ Parisijs gloriose præfuit, scripsir sermones de singulis Psalmis duos, vel tres, quibus vsque hodie multi vtuntur, qui prædicationis officio vacare voluerint.

Caput li.

THomas ordinis Prædicatorum Louanij habitans, scripsit vitam cuiusdam sanctæ mulieres in Hasbania, quæ vocabatur Christiana. Scripsit etiam vitam cuiusdam monialis de Aquiria Dominæ scilicet Lutgardis.

Caput lij.

An. Dom. 1270. Trith.

GErardus Monachus ſancti Quintini in Inſula, ſcripſit tranſlationem venerandarum reliquiarum crucis & coronæ Dominicæ à Conſtantinopoli Pariſios, quas reliquias piæ memoriæ Dominus Ludouicus Rex Francorũ, ſibi ab Imperatore Conſtãtinopoleos acquiſiuit. Scripſit etiam plurima miracula, quæ Beata Elizabeth, de Thuringia poſt mortem ſuam dicitur fuiſſe operata. Compoſuit etiam Antiphonas, & Reſponſoria eleganti dictamine in eiuſdem ſanctæ feſtiuitate cantanda. Neumas vero eiſdem Antiphonis, & Reſponſorijs quidam frater Petrus Canonicus Sancti Autberti Cameracenſis appoſuit. Idem etiam Petrus Muſicæ artis peritus dulci modulamine & limato dictamine compoſuit plura cantica, quæ vulgo condictus vocant.

Caput liij.

GErardus ordinis Prædicatorum, lector domus Leodienſis, compoſuit

posuit tractatum religiosis valde vtilem, sumpto themate ab illo loco libri Regum, Præparate corda vestra Domino &c. septem dispositiones circa cor faciendas docens, multaque ad ædificationem pertinentia hinc inde de scripturis colligens.

Caput liiij.

VVibertus Tornacensis dicitur scripsisse Hodœporicon, primæ profectionis piæ memoriæ Domini Ludouici Regis Francorum, ad transmarinas partes.

Caput lv.

GAnfredus Tranensis, composuit summam de omnibus quæ continentur in Codice noui iuris, secundum ordinem Rubricarum ipsius Codicis, ordinans Rubricas suæ summæ.

Caput lvi.

SYmon Monachus Affligeniensis, breuiauit libros moralium Beati Gregorij in Iob, moralẽ expositionẽ

per totum opus beati Gregorij excerpens, & literæ libri Beati Iob aptè apponens: totum librum Beati Iob moraliter exposuit. Scripsit etiam idem Symon quosdam sermones, de Canticis canticorum. Scripsit & quandam visionem cuiusdam conuersi ordinis Præmonstratensis, de quodam Monasterio quod dicitur Postele. Collegit etiam excerpta quædam de sermonibus Beati Gregorij Papæ in Ezechielem, de collationibus Patrum, & de opusculo Richardi de duodecim Patriarchis.

Caput lviij.

VVilhelmus Monachus Affligeniensis, & ibidem aliquando Prior vitam Dominæ Lutgardis, à Fratre Thoma Latinè scriptam conuertit in theutonicum Rithmice, duobus sibi semper Rithmis consonantibus. Dictauit etiam Latinè quandam materiam satis eleganter, de quadam moniali Cisterciensis ordinis, quæ theutonice multa satis mirabilia, scripserat de seipsa.

Caput lviij.

HEnricus Bruxellæ, oriundus Monachus Affligeniensis calculatoriæ artis peritus, discordiam naturalis computi Lunæ & cycli Decemnouenalis, diligenter absoluens Calendarium, ita distinxit, vt positis secundum cyclum decemnouenalem suo loco primilunijs, ipse è regione non solum qua die, vel qua hora, sed etiam qua parte horæ singularum lunationum, singulis mensibus accensio contingeret, annotaret.

Caput lix.


ALexander Dolensis, scripsit metricè librum quem doctrinale vocant, quo libro in scholis Grammaticorum magnus vsus est temporibus hodiernis.

Caput lx.

EBrardus Betuniæ oriundus, scripsit librum quem Græcismum vocant Grammaticis non ignotum.

hactenus de Viris Illustribus: quae deinceps hinc sequuntur an eiusdem sint nec ne, prorsus ignoramus. Sed quoniam Auctarij loco ad calcem illi in m. s. codicibus adiecta repperimus, hic non omittenda duximus, cum contineant nonnulla, quae in praecedentibus vel aliter sint, vel plane non sint.

Caput primum.



ANSELMVS Laudunensis Scholasticus, nouo expositionis genere vtriusque testamenti scripturas glossa interliniari & marginali de Patrum scriptis breuiata elucidauit. Istud dictum est supra capitulo XXX.

Caput secundum.

SIllebertus cognomento vniuersalis; glosa continuata Psalterium, alios quoque libros exposuit. de hoc non est praedictum.

Caput

Caput tertium.

PEtrus Dialecticus, cognomento Abailardus, ſubtili abuſus ingenio aliqua conſcripſit, inter quæ excellunt liber Theologiæ, liber cuius eſt titulus, Scito teipſum. Compoſuit & metrico ſtylo hymnos in Monaſterio, quod vocatur Peraclitum, decantandos. De hoc dictum eſt ſupra capitulo XVI.

Caput quartum.

BErnard⁹ Abbas Clareuallis vita & doctrina præclarus, cõtra errores Petri Abailardi, ſcripſit ad Innocẽtiũ Papã, ſcripſit librũ de cõſideratiõne ad Eugeniũ Papã. ſcripſit librũ de libero arbitrio, ad AbbatẽSanctiTheoderici. Expoſuit omelitico genere Cãtica cãticorũ, fecit tractat⁹ ſuper Euangeliũ, Miſſus eſt Gabriel &c. Fecit tractat⁹ de duodecim gradibus humilitatis. Scripſit vitã Malachiæ Epiſcopi, qui ex Hybernia peregrin⁹ Romã tẽdens Clareuallis obijt. Scripſit librum de diligendo Deo ad Hamericũ Cancellarium Romanæ Curiæ. Scripſit commonitorium ad quendã adoleſcentẽ

Robertum

Robertum,qui de ordine Cisterciensi ad Cluniacensem migrauit. Scripsit alia multa legentibus vtilia. De hoc dictum est supra capitulo IX.

Caput quintum.

ROBERTUS Abbas Tuscienſis,ſcripſit ad Canonem Abbatem Sigebergenſem, librum multis ſcripturarum refertum myſterijs,quem intitulauit,de victoria verbiDei.Scripſit alium de diuinis officijs, De hoc non eſt eſt prædictum.

Caput ſextum.

VVilhelmus ex Abbatè Monachus, aſſumptis vndecunque ſcriptis,ex Patrum compilationibus Epiſtolam ad Romanos expoſuit, De hoc fortè dictum eſt ſupra capitulo X.

Caput ſeptimum.

HVgo Canonicus Monaſterij Sancti Victoris Parienſis,vir religioſus & vtraque literatura apprime diſertus, ſcripſit de Sacramentis fidei Chriſtianæ.Quod opus pro ſui prolixitate in duos libros diſtinxit, primũ

per

per duodecim partes ad incarnationẽ vſque perducens, ſecundum per decẽ & octo partes in conſummationem omnium ab incarnatione incipiens. Scripſit quoque in Eccleſiaſten, in lamentationibus Ieremiæ, in oratione Dominica expoſitum. Scripſit librum de inſtitutione nouiciorũ, de ſimplici natura Dei. Scripſit in Ierarchia Dionyſij Ariopagitæ. Scripſit librum quẽ appellauit didaſcalicon. Scripſit librum ſoliloquiorum, ſcripſit librũ de perpetua virginitate Beatæ Mariæ. Scripſit alia quam plura quæ à quam pluribus pro ſui vtilitate tranſcriptione digna iudicata ſunt. De hoc dictũ eſt ſupra capitulo XXV.

Caput octauum.

GIllebertus cognomento Porrata primum Scholaſticus Pariſienſis, pòſt Pictauenſis Epiſcopus, in ſeculari ſcientia clarus, ſpiritualis etiam ſtudij feruore nihilominꝰ emicuit. Conſiderato quippe magiſtri Anſelmi Laudunenſis, gloſandi modo, quod videlicet nimia breuitate non niſi ab exercita-

tis in expositionibus patrum posset intelligi glosam prolixiorem eoque euidentiorem fecit. Exposuit itaque continnatim Psalterium, Epistolas Pauli, Euangelium Iohannis. Super librum etiam Boëtij, de Trinitate nouũ opus, & ad sua vsque tempora intemptatum modo expositionis materiæ autoris congruo consummauit. In Concilio quoque Remensi, quod ab Eugenio Papa celebratum est, contra quosdam, qui auctoritates, quas in expositione sua induxerat, minus intelligebãt ipsi, suum opus defendit. Hoc dictum est supra capitulo XVII.

Caput nonum.

LVcas Montis Cornelij Abbas, ad Milonem Episcopum Taruanensem, super Cantica canticorũ scripsit, De hoc non est prædictum.

Caput decimum.

CLarebaldus Atrebatensis Archidiaconus, super Boëtium de Trinitate, commentum fecit, vbi de quibusdam Gillebertum Pictauensem arguere, Petrum vero Abailardum condemna-

demnare,&Abbatem Bernardum cõprobare videtur. De hoc Clarebaldo nihil ſupra eſt ſcriptum.

Caput vndecimum.

PEtrus Longobardus Scholaſticus Pariſienſis,poſtea eiuſdem ciuitatis Epiſcopus,magiſtris ſui temporis, & ſcripturarum expoſitoribus eo maxime præferendus iudicatur,quod ingenio ſagaci & vſu aſſiduo tanta in exponendis ſcripturis luce claruit,vt pene magiſterio Doctoris nõ egeat, qui gloſarum ipſius lectioni animum intendere voluerit. Scripſit inter cætera magnum de Sacramentis volumen, vbi præcedentium Patrum ſententias eum ſane intellexiſſe,plane expoſuiſſe manifeſtum eſt, De hoc fortè prædictum eſt,capitulo XXX.

FINIS.

